



Buxtorfi
Thesaurus
Grammaticus



IMP
2
D62






Caja C-107



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17



Caja C-107

5
m
e
isr

	LA
	2
J	
E	

JOHANNIS BUXTORFI
THESAURUS
 GRAMMATICUS
 LINGUÆ SANCTÆ
 HEBRÆÆ,

Duobus libris methodicè propositus,

Quorum PRIOR, Vocum singularum
 naturam & proprietates: ALTER vocum
 conjunctarum rationem & elegantiam
 universam, accuratissimè
 explicat:

ADJECTA,

PROSODIA METRICA, sive POESESOS
Hebræorum dilucida tractatio:

LECTIONIS HEBRÆO-GERMANICÆ
 Usus, & Exercitatio;
Cum capitum & vocum irregularium Indice,

EDITIO SEXTA.

Recognita

à

JOHANNE BUXTORFIO, Filio.

Cum PRIVILEGIO.

BASILEÆ,

Impensis JOHANNIS BUXTORFI, Junioris.
 Typis JOH. JACOBI DECKERI, Acad. Typogr.
 MDC LXIII.

SUMMA PRIVILEGII
S. R. Imperii VICARII.

CAROLI LUDOVICI,
Dei Gratiâ, Comitis Palatini Rheni, S. R. I.
Archithesaurarii & Electoris, ejusdemq;
in partibus Rheni, Sueviæ, & Juris Fran-
conici, Provisoris & Vicarii, Ducis Bavarix, Privile-
gio cautum est, nequis ea, seu Propria, seu Paterna
Opera, quæ JOHANNES BUXTORFIUS
Filius, S. Theologiæ & Lingux Hebrææ in Academia
Basileensi Professor, suis Sumptibus, vel de novo edi-
turus, vel suo studio & labore recensita, locupletata,
aucta, notis illustrata, vel quacunq; ratione emenda-
ta, recusurus est; ullo modo, sive collectim, sive di-
visim, intra spacium viginti annorum, à prima edi-
tionis die cujusq; Operis computandorum, in S. Rom.
Imp. imitari, interpolare, transformare vel recude-
re, aut alii recudenda dare, vel etiam alibi impres-
sa vendere, distrahere, clam, palam, citra prædicti
JOHANNIS BUXTORFII, vel Hæredum
ipsius, & jus vel causam ab eo habentium, volunta-
tem & consensum specialem, præsumat, sub pœna
amissionis Librorum illorum, & multa De em mar-
carum auri, partim fisco Imperiali, fraudis vindicæ,
partim dicto Impetranti, pendendâ: prout latius in
Originali habetur, Dato Heidelber-
gæ, 12. die Novembris,
Anno 1657.



93^{to}

7



Illustriss. Potentiss.

ORDINIBUS
BELGII PROVINCIA-
RUM CONFOEDERATARUM
Gubernatoribus Moderatoribus
Magnificentiss. Prudentiss.
Dominis suis Cle-
mentiss.

*A Deo Opt. Max. Gratiam, pacem,
salutem precatur*

JOHANNES BUXTORFIUS.



ONSTITUI, VIRI
MAGNIFICENTISSIMI,
cum bono DEO, lingue
sanctæ Hebrææ, unde omnis
divini Verbi veritas &
certitudo ad nos propagata
est, usum universum am-
plificando ornare, modum discendi illustrare

EPISTOLÆ.

debiles juventutis conatus studio omni juvare,
 & in letiorem facilioris apprehensionis spem
 erigere. Quod dum facere aggredior, divina
 adsit gratia, humanabenevolè benigneq; aspi-
 ret aura. Illam sincero pectore à DEO opto,
 hanc à Vobis, Viri Ampliss. omnis literarii de-
 coris Tutoribus ac Conservatoribus verè ma-
 gnificis, submissè expeto. Hæc conantem anima-
 bit: illa conatus promovebit & prosperabit. Ut
 autem hoc facere instituerim, laudatissimum
 aliorum movit exemplum, summa harum lite-
 rarum permovit dignitas, studii urfit necessitas
 & raritas.

Antiquæ laudis & ineffabilis boni res est,
 oracula divina, populo orientali Hebræo, lingua
 Hebræâ concredita, à Græcis interpretibus in-
 ter alias gentes fuisse divulgata. Aeterna lau-
 dis est, magnum illum primitivæ Christi Eccle-
 siæ Patrem, Hieronymum, eadem oracula, ex
 Hebræo fonte in linguam Latinam traducta,
 Ecclesiis Christi Occidentalibus primùm reve-
 lasse. Inde quantâ luce Verbum divinum conse-
 quentibus aliquot seculis refulsit, tantis postea
 tenebris obscuratum est, quando Linguarum
 Sacrarum & interpretationis divinum do-
 num negligi cœpit, ac diu admodum cessavit.
 Tandem verò à Clarissimorum istorum lumi-
 nū, Joan. Reuchlini sive Capnionis, & Sau-
 ctis

DEDICATORIA.

*Etis Pagnini exortu, cœpit lux Verbi DEI per
 ipsorum labores rursus invalescere, ut quum
 procedit Sol in robore suo. Tunc plurimi alii
 heroes prodierunt, quos ob linguæ sanctæ inter
 Christianos propagationem, immortalis gloria
 memoria prosecuta est, & prosequetur in secu-
 lum. Ut igitur & virtus & vir bonus men-
 sura rerum omnium est, ut Philosophus scri-
 bit Ethic. 9. cap. 4. sic nos ad tantorum virorum
 eruditionem, nostra quoq; studia ita dimetia-
 mur, ut imitandi studium in nobis probetur, in
 assequendo nulla vel industria negligatur, aut
 negligentia aliqua merito culpetur. Utq;
 non satis est virtutem habere cognitam,
 sed operanda, ut & habere eam & ex-
 colere possimus, ut idem Philosophus ait
 Ethic. 10. cap. 9. sic nos istorum qui nos præ-
 cesserunt, doctrinæ non simus otiosi spectato-
 res, aut inanes admiratores: studio indefesso
 eam nobis quoque acquiramus, opere exprima-
 mus, usu publico in aliorum commoda conver-
 tamus.*

*Dignitas verò hujus linguæ quæ potest ma-
 jor esse, quàm quòd sit lingua primæ generis hu-
 mani, quòd sit lingua DEI, lingua Angelorum,
 lingua Prophetarum? Etenim hanc DEUS ipse
 primis generis humani parentibus, Adamo &
 Evæ, in ipso creationis initio inspiravit, ut ani-*

EPISTOLA

mi sensa & sibi invicem & posteris exponerent, & quicquid hac rerum universitate comprehenditur, propriissimè & convenientissimè exprimerent: hac DEUS ipse usus est, ut suam hominibus gratiam immensam & voluntatem declararet: hac sancti Angeli cum ipsis hominibus collocuti: hac denique Prophetæ DEI Verbum divinum de æterna hominum salute descripserunt. Quòd si ergo rebus durabilibus antiquitas gratiam conciliat, quid hac linguâ, quæ cum ipsis mundi exordiis nata, est antiquius? Quòd si authoris dignitas, rei dignitatem auget, quid hîc desiderari potest? Quòd si deniq; materiæ, quæ hisce literis descripta est, præstantia, ad dignitatem ipsius linguæ aliquid confert, quid dignius censeri potest eo, quod in ipsius DEI salutarem cognitionem nos adducit, quod æternæ salutis consequenda modum ostendit? O studium verè dignum! ô industriam omni prædicatione majorem, quâ homo id consequitur, ut eâdem linguâ cum DEO, cum sanctis Angelis, cum Patriarchis & Prophetis, scienter possit colloqui, & DEI mentem ex lingua DEI syncerè hominibus explicare!

Porrò ut ex recta verborum intelligentia, veram cognitio certior dependet: sic eorundem ignoratio, ceu falsum speculum, res fucatas & falsas

DEDICATORIA.

falsas menti objicit, & speculantem eludit.
 Hoc animadvertere licet apud Chaldaeos, Graecos, Latinosq; veteres interpretes, qui non raro à genuino verborum Hebraicorum sensu aberrarunt. Inde moti Patres Concilii Viennensis sub Clem. V. P. prudentissimè decreverunt, ut Hebraica, Chaldaica & Arabica (quippe quarum cognitio præcipuè ad verbi DEI interpretationem necessaria) periti Viri in Scholis & Academiis honorificè alantur, qui linguas istas docendo, & Verbum DEI interpretando, fructum speratum possint, DEO auctore, producere & fidem ac cognitionem DEI, etiam inter infideles populos, salubriter propagare. Unde rectissimè fit, quòd singulae nationes, graviori pietatis cura tactæ, Versiones maximè puras, synceras & minimè corruptas, habere desiderant, easq; per linguarum sacrarum peritos viros geri, liberaliter procurarint, ac indices procurare pergunt. Sic puriores quàm nunquam antea, Translationes Biblicæ nuper prodierunt, Latina, Gallica, Italica, Germanica: sic prodibit etiam (ut viri docti referunt) propediem syncerior Translatio Belgica, Vestri, Viri Magnificentiss. munificentia, prudentia & auctoritate instituta. Adsit cæpto DEI numen propitium, effulgeat clara DEI gratia, ut opus prosperè succedat. Quòd itaque Versiones

EPISTOLA

sunt, quòd puriores & meliores sunt: ergo linguarum periti fuerunt, à quibus tales profecta, ergo quoque in posterum peritos aliquos lingua Hebraica esse necesse est, qui Versiones subinde ad fontes revocent, earumq; puritatem conservent & claritatem augeant. Neq; hic aliorum labor nostræ negligentia sit tegumentum, sed diligentia incitamentum. Levius enim & alacrius ea procedet, aliorum laboribus non impedita, sed adjuta. Verborum intelligentiæ rerum cognitionem precedat necesse est, ne verbis non intellectis, res falsas pro veris comprehendat, & alios secum in errorem ducat, quod multis periculose accidit. Nulla enim rerum cognitio absq; verborum intellectu tam certa unquam esse potest, quin aliquando, aut imperfectior, aut dubia, aut falsa sit. Hæc veritas est, cui pauci in hoc negotio aures advertunt.

Si ergo aliquibus semper est discenda lingua Hebræa, danda imprimis opera fuerit, ut modus discendi magis magisq; illustretur, labor minuat, industria augeatur & excitetur. Modus omnino duplex est: vel enim usu addiscenda, vel ex præceptis. Usu addiscuntur lingue peregrinæ, Gallica, Italica, Hispanica, Anglica & aliæ: non sic Hebræa, cujus usus inter Christianos non in vulgo, sed in Scholis tantum

DEDICATORIA.

tum est. Ufu addiscunt linguam Hebraeam Iudei: non sic Christiani, quibus nec cum Iudæis tanta conversatio, nec inter se tantum linguæ usum possident. Ad Præcepta ergo deveniendum. Hinc tantò facilius lingua addiscetur, quantò ea fuerint absolutiora: absolutiora, tam in legitima sui conformatione, quam declaratione per copiam exemplorum & usum loquendi. Enitendum est, inquit Philosophus, singula sic pertractare, ut suapte naturâ percipi possint, adhibendaque diligentia, ut singula benè definiantur: nam magnam ad ea quæ sequuntur, opem afferunt, *Ethic. lib. I. cap. 7. Exempla præceptorum sunt anima & vita. Qui ad præcepta sæpè non attendit, exemplis ceu vivis effectis ad altiore considerationem excitatur. Per exempla facilius discitur, ait Philosophus in Problem. sect. 18. Exemplis utimur in dicendo, ut facilius intelligatur, quod dicitur, ait idem in Poët. In his plurimi hætenus laborarunt, sed dissimiliter, ac dissimili cum fructu. Primi illi heroes, Reuchlinus & Pagninus, Hebræorum inartificialem docendi modum secuti, utilissimam quidem doctrinam de Lingua Hebræa proposuerunt, sed ita informem & impeditam, ut nonnisi tedipatentissima ingenia admiserint. Scilicet nulla res consummata est, dum in-*

EPISTOLA

cepit, & in omni negotio longè semper à
 perfecto fuere exordia, scribit Seneca, nat.
 9. lib. 6. Et Cicero de Claris Orat. ait: Nihil
 simul est & inventum & perfectum. Prin-
 cipium autem plus quàm dimidium totius
 est, juxta Aristot. Ethic. 1. cap. 7. inde paulatim
 Præcepta magis magisq; excoli cæperunt, & in
 artis aliquam formam tandem redigi. Duo ta-
 men defectus mansere, qui hæcenus numquam
 satis dignè sunt expleti, unde & studium minus
 floret, & sedulos sui cultores rariores possidet.
 Primus, quòd pleriq; omnes singularum vocum
 proprietatem & varietatem explicare occupã-
 runt, de conjuncti autem sermonis ratione, &
 Hebraïsmorum explicatione, in quibus purior
 lingua nitor & vera elegantia percipitur, pau-
 cissimi fuerunt solliciti. Alter, quòd in solo Bi-
 blico sermone explicando substiterunt, neq; in
 alia etiam Hebræorum scripta penetrandi mo-
 dum ostenderunt, aut adminicula necessaria
 subministrarunt. Ignorantia hic plerumq; co-
 mitem Contemptũ habuit. Solius tamen Sebast.
 Munsteri conatus studiumq; in hac parte lau-
 dem perpetuam meretur. Is enim post Santis
 Pagnini initia, Dictionarium Chaldaicum &
 Rabbinicum, cum aliis quibusdam utilibus ad
 Rabbinorum scripta intelligenda observationi-
 bus, concinnavit, unde permulti ad ulterius stu-
 dium

DEDICATORIA.

*dium allecti & non parum adjuti sunt. Aliqua
quadam postea etiam evulgavit Gilb. Gene-
brardus Theologus Parisiensis, Divinarum He-
braicarumq; literarum ibidem aliquando Pro-
fessor Regius. At res ista est majoris negotii &
melioris curæ.*

*Hiscæ succurrere, ac universæ linguæ He-
brææ usum amplificare, Deo cœptis benignè an-
nuente, in animum induxi. Linguam Hebræam
perspicuâ & continenti Præceptorum serie nunc
explico, exemplis illustro, ex usu variè confirmo,
& exorbitantia quæq; ad analogiam reduco.
Quæ ab aliis ommissa, ea supplere conatus sum.
Supplendi occasionem præbuerunt variæ erudi-
torum studiosorum quæstiones de iis rebus pro-
positæ, quarum explicationem in aliis desiderâ-
runt. Sermonis conjuncti modos prolixè perse-
cutus sum, & quidem enixiori operâ, quàm ul-
lus ante me: Hebraismos hæctenus exsulantes,
in suas certas sedes collocavi. In iis vis orationis
singularis, usus insignis, ornatus varius depre-
henditur. Ibi certa aliqua loquendi proprietas,
sæpè magnarum controversiarum momenta
dextrè divellit. Pœseos Hebræicæ numeros &
artificiosos modos accuratè pertracto, & exem-
plis elegantibus ac novis declaro. Rationem etiâ
usumq; scripturæ Hebræo-Germanicæ, manifestè
ostendo, non tantum ob libros Germanicâ lin-
guâ*

EPISTOLA

quâ inter *Judeos* scriptos, sed vel maximè, quòd
 antiqui *manuscripti Hebraici*, eundem ferè cha-
 racterem habent. Sic ego operâ cujusdam *Judai*
Ruteni, nactus sum his diebus *librum More*
Nebochim, isto caractere in membrana de-
 scriptum, *librum adèò rarum, adèò carum, adèò*
paucis Christianis visum. Etsi verò aliorum
 quoq; *quamplurium de lingua Hebræa* extent
labores, quorum usu discentes singulis tempori-
bus sunt adjuti: nihil tamen in hoc genere ad
summum pervenit. In summo omnia equalia
 sunt, ibi statur. At *studium hoc in ascensu*
adhuc est, ubi incremento locus, ubi alacritas
poteat vincere. Crescit *indies, & inventuris*
inventa non obstant. Qui *præcesserunt, non*
præripuisse mihi videntur, quæ dici docerive in
hoc genere possunt, sed aperuisse, ut Seneca de
Physices studio loquitur, Epist. 80. Pigri est in-
genii contentum esse his, quæ ab aliis sunt
inventa, ait Quintil. lib. 10. cap. 2. Nunquam
autem invenitur, si contenti fuerimus in-
ventis. Præterea qui aliud sequitur, nihil in-
venit, immò nec quærit. Quid ergo? non
ibo per priorum vestigia? ego verò utar
viâ veteri, sed si priorem planioremq; in-
venero, hanc muniam. Qui ante nos ista
moverunt, non domini nostri, sed duces
sunt. Patet omnibus veritas, nondum est
 occu-

DEDICATORIA.

occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum est, scribit *Seneca Epist. 33*. Neq; etiam nova sic cudimus, ut vetera destruamus, ait *Hieron. in Epist. ad Chrom.*

Hos meos labores & conatus, Viri Magnificentis, sub Vestri nominis gravissima auctoritate, Virtute, auspiciisq; optimis publicare volui. Hoc ut facerem, tripliciter permotus sum. Primo, quod ineffabili Dei beneficio Vobis conceditur, ut inter effrenatos immanis Hostis furores, inter terribiles stridores lituorum & tubarum clangores, inter horrendos armorum strepitus & fulgores, arma tamen togæ piissimarum Musarum cedant. Furit hostis foris; tranquillat animos domi literata pietas. Perstrepunt litui; sacræ Musæ suave modulantur melos Davidicum. Exoritur clamorq; virum, clangorq; tubarum, ad arma furentia convocans; tuba Verbi divini tonat in Ecclesia, potentissima Doctorum vox resonat in Scholis, & ad spiritualem militiam contra peccata, armis pietatis, timoris Domini & sapientiæ cælestis, firmissimè munit. Audiuntur eris ferriq; horrendi fragores; fortius multò anceps divini Verbi gladius, ac cælestis Philosophiæ arma, in Musarum castris, cum naturæ humanæ vitis innatis dimicant. Hic impietatis radices succiduntur, ignorantie vibræ amputantur, erro-

runt

EPISTOLA

rum semina evelluntur: hinc homines ad humanitatem, ad rationem, ad virtutem quam rectissimè informantur. Fugat hostis; refugium est in literis. Diripiuntur bona corporis; comparantur domi bona animi à quavis direptione tuta. O rem omnium seculorum memoriâ & admiratione dignam! Ubi ergo litera melius patrocinium querent, quàm ubi ipsarum decus, sive pacis, sive belli sint tempora, tam magnificè conservatur, tam potenter defenditur? Deinde, cum omnis literata virtus, tum verò vel maximè divinarum literarum honor apud Vos pretiosè estimatur. Aequissimum enim, immò summè necessarium judicatis, ut omnes humanae vitae actiones & administrationes, in Dei cognitione, Verbi ipsius veritate, ac pietate, omninò fundatæ sint. Cognoscitur autem Deus in Verbo suo, quod simul omnis pietatis est regula. Verbi vera ac solida cognitio, in vera linguarũ, quibus descriptum est, cognitione, fundamentum positum habet. Hinc Linguam Sanctam Hebræam primam esse, prudentissimè agnoscitis, qui ejus studium tam munificè in Belgio Vestro sustentatis. Hujus linguæ cum ego nunc quoq; pro gratia DEI mihi benignè concessa, propagationem instituo, indubitata spes est, eam tantò gratiorè, tantòq; fructuosiorè apud juventutem futuram, quantò magis Vos magnifico vestro patrocinio

DEDICATORIA.

cinio eam approbaveritis. Neq; hoc tantum efficietur, sed & studium meum mirificè acuetis, ut tanto alacriore animo ea quoq; expediam, quibus in quaelibet Hebræorum scripta, via publica sternatur, & præsidium commune ad ea intelligenda comparetur.

Deniq; cum illustrissimum Belgii lumen & heros incomparabilis, Josephus Scaliger, (ò que profusissimæ lachrymæ tantum literarum decus, tantam prudentiæ affluentiam, morte in uno illo extinctam, satis dignè unquam deslere possunt!) ad hanc Hebræismi restorationem, me pro illustri sua humanitate cohortatus sit, debui tanti herois Judicium magnifacere. Cum ergo ex Vestro Belgio ad has res mihi animus additus sit, & voluntas in effectum deduci cœperit, magnum operæ pretium futurum speravi, si hos meos labores in Amplissimæ auctoritatis Vestræ tutelam reponerem. Eos pro illustrissima vestra virtute, & pio literarum sacrarum patrocinio, sicut benignè Vos accepturos spero, ita ut clementer acceptetis, submissè rogo. DEUS verò clementissimus, potenti suo brachio, brachium inimicorum Vestrorum frangat, sceptro ferreo immanitatem hostilem domet, sapientiâ suâ infinitâ fraudulentas adversariorum machinationes retegat, truculenta ipsorû consilia è cælis irrideat, irrita reddat, pessumdet.

EPIST. DEDICAT.

*det. Sic beatum sit inclytum Belgium fide purâ,
religione syncerâ, prosperum sit almâ pace:
crescat tranquillitate: floreat prudentiâ: cele=
bretur eruditarum literarum cultu in per=
petuum. Scripsi Basileæ, mense Mar=
tio, Anno Christi*

MDCIX.



JOHANNIS



JOHANNIS BUXTORFI
 THESAURI
 GRAMMATICI

Linguae Sanctae Hebraeae

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

DE LITERIS.



GRAMMATICA est ars benè loquendi,
 Hebraeis Hebraicè. Hebr. vocatur קראית .

Partes ejus duæ sunt, *Etymologia & Syntaxis.*

Etymologia est prima pars Grammaticæ, quæ *vocum singularum* proprietates explicat.

Vox est nota, quâ unumquodque distinctè vocatur: fitque è *Syllaba*, unâ vel pluribus.

Syllaba est sonus vocis integer: ejus partes sunt *Litera & Vocalis.*

Litera est, quæ cum vocali sonum integrum edit, unde & *Consona* dicitur. Hebraeis אות *Signum.*

Literæ sunt viginti duæ, quæ sequenti *Ordine, Nominibus, Figurâ & Pronunciatione* sic describuntur:

A

Nomen	Figura	Pronunciatio
Aleph	א ב א	() Spiritus tenuis sive lenis.
Beth	ב כ ב	bh lentoris soni quam י.
Gimel	ג נ ג	gh } Hi soni Germanis incogniti.
Daleth	ד ז ד	dh }
He	ה ס ה	h Spiritus asper primus.
Vau	ו ו ו	v Consona fortior quam ב;
Sajin	ז ז ז	f lenissima, non z.
Heth	ח ט ח	h Spiritus asperior.
Teth	ט ט ט	e
Joch	י י י	j consona.
Caph	כ כ כ	ch χ Græcorum.
Lamed	ל ל ל	l
Mem	מ מ מ	m
Nun	נ נ נ	n
Samech	ס ס ס	f acutum.
Hajin	ע ע ע	h Spiritus asperimus.
Pe	פ פ פ	ph φ Græcorum.
Zade	צ צ צ	tz
Koph	ק ק ק	k χ Græcorum.
Resch	ר ר ר	r
Schin	ש ש ש	sc vel χ aut Sch Germanorum.
Sin	ש	f acutum ut Samech.
Thau	ת ת ת	th θ Græcorum.

Ordo & Numerus literarum, comprobatur aliquot Psalmis, & aliis locis Biblicis, maxime verò Psalm. 119. Proverbiorum cap. ultimo, Threnorum capite primo. Sunt autem viginti sex versus in Bibliis, qui singuli omnes Alphabeti literas continent, & enumerantur Ezech. 38. ad vers. 12. in Masora,

Masora, id est, Notis criticis Bibliorum magnorum. At in Venetis ibi triplex error est, qui correctus in editione Basileensi. Ordo autem in illis locis reperitur interdum Turbatus, litera una & altera transposita, ut ד & ו Thren. 2. 3. & 4. vel cum litera principalis non est in initio versus, ut Psal. 25. 2. vel interjecto alio versu, ut Psal. 37. vel cum duae literae unico versu comprehenduntur, aut etiam tres, ut Psal. III. & II2. Mancus, quando una vel altera litera deest, ut ו & פ, Psal. 25. 1 Ps. 34. 2 Ps. 145.

¶ *Sin proprie Hebraea litera non est, sed irreptitia pro ד Samech. Sic Ephraei corrupte pronunciarunt Sibboleth pro Schibboleth, quo symbolo proditi, occisi sunt ex ipsis quadraginta duo millia. Vide Jud. 12.*

Nominum literarum Alphabeti etymologia, quam vulgo afferunt, partim incerta vel nulla est, partim non multum ad accuratiorem ipsarum cognitionem facit, unde eam omittimus.

Figura triplex proponitur: Prima Biblica est, qua textus Scripturae sacrae Veteris Testamenti exprimi solet. Secunda tenuior & rotundior, ad celeritatem scribendi magis accommodata, Commentariis & aliis quibuslibet libris inserviens, ab Hispanis & Italis Judaeis usurpata. Tertia crassior & invenustior, tum in Germanicis libris, tum Hebraicis manuscriptis usitata, & est praecipue Judaeorum Germanorum.

Figura quinque literarum duplex est: nempe

צ פ נ מ כ Bibl.

פ פ פ מ כ Ital.

צ פ נ מ כ Germ.

Prior ad dexteram in principio & medio vocis scribitur: posterior in fine vocis tantum, & a figura & loco nomen aliud accipit. Quatuor a figura curva vocantur Curvae; a Longa, Longae vel Extensae. Mem a figu-

râ infrâ apertâ, dicitur *Mem apertum*; à clausa, *Clausum*, vel *quadratum*. A fine vocis, omnes vocantur *Finales*. Hæ quinq; *Hebraeis scriptoribus memorie causâ aliter dispositæ, nominantur* מנצפח *Menatzpach, vel Mantzpach*. Attamen D apertum semel legitur in fine vocis, Neh. 2. P . 13. & D clausum in medio Jesa. 9. P . 7. Hæ quinq; *finales, cum omnibus Alphabethi literis, conjunctim in duobus versibus extant, Ezech. 38. P. 12. & Soph. 3. P. 8.*

Quatuor latius diduci solent in transversum, hoc modo, N D H K tum decoris causâ, tum ad complementum lineæ, quæ voce divisâ nunquam finiri solet. In quibusdam libris etiam L & G sic diducuntur.

Figuræ literarum affines, tum qualitate, tum quantitate discernuntur. Qualitate, cum anguli, in quibusdam magis recti, in aliis obtusiores sunt, veluti in C & D , item G & H , item D & D . Quantitate, ut linearum longitudine vel deorsum, ut in G & G , item I & I : vel transversim, ut in C & C .

Orthographia literarum, est recta, vera, commoda & decora figuræ cujusque scriptio. Huc requiritur, ut cuspis calami scriptorii, non sit æqualiter præcisa, sed parte sinistrâ, quæ in scribendo versus pollicem est, sit brevior. Modus & motus à dextra est versus sinistram. Ut enim leguntur (leguntur autem à dextra sinistrorsum) sic quoq; scribuntur. Etsi autem quædam ipsarum virgulæ rectæ aut transversæ à sinistra inchoatæ, versus dexteram ducuntur, tamen ultima literæ perfectio versus sinistram fit & fieri debet. Ad decorem & elegantiam scripturæ pertinet, ut virgulæ superiores & inferiores, rectæ vel transversæ, sint pinguioræ vel latioræ lateralibus, quæ macrescunt & extenuantur. Punctum etiam, quod quibusdam virgulis principium & finem dat, debet esse crassius, & quadratum imitari. Hæc singula commode præstabit calamus sic aptatus, ut dictum.

Ad Or-

CAP. I. DE LITERIS.

Ad Orthographiam quoque spectat, ut nulla litera connectatur, tum etiam nulla vox in fine dividatur; lineæ etiam scripturæ parallélum spacium constituant; præter ׀ , quæ minima omnium literarum, infra relinquit spacium, & ׁ , quæ sursum excedit, item ׀ , & quatuor finales longæ, quæ deorsum decurrunt. Attamen hæc duæ, ׀ & ׁ , quandoque in unam figuram contrahuntur, quod in Rabbīnorum scriptis frequenter, in Textu sacro raro fit. In Manuscriptis etiam libris, seu epistolis, litera currente, alias quoque litteras sæpè connectunt, maximè Hispani, & Orientales.

Pronunciatio literarum, ipsarum profodia est, id est, potestas & valor in pronunciando. Hac ratione in quinque classes ab Hebræis Grammaticis distinguuntur, secundum quinque præcipua organa, quæ natura cuique sono distinctè efferendo destinavit, nempe in Literas Gutturis, Linguae, Palati, Dentium, & Labiorum.

Gutturis sive Gutturales sunt, quæ spiritu in gutture formato efferuntur: suntque quatuor, ׀ ׁ ׂ ׃ .

׀ Spiritus lenis & simplex est, ex imo gutture exiens, & nudo vocalis sono nihil præterea addens.

ׁ Spiritus asper est, cum conatu è gutture expressus. Interdum tamen hæc duæ literæ spiritus vim amittunt, ut mox dicetur.

ׂ Spiritus asperior est, in medio gutture coarctatus, & ad cælum palati illisus. Hic cum Græcis interpretibus visus fuisset cum ד aspirato colludere, sæpè eum expresserunt per suum ח , ut in חֲאֶעֱוֹרָאֵחַל & similibus.

׃ Spiritus asperissimus, adniculo summi gutturis & narium efferendus. Duo enim ista naturalia sunt spirandi in sermone organa. Græci sæpius hunc omiserunt, tanquam sibi incognitum, & pronunciatu difficillimum, ac nudam vocalem pro eo posuerunt, unde אָדָא Ada, uxor Lamech, עֵבֶר Eber, הֶעֱוֹי Esau, עֲוֵי Uthai, אָוֵי Og. Sic

Latini, Arabia, Emmanuel, quæ omnia ab Ψ incipiunt. Interdum per suum γ expresserunt, quod videretur cum eo aliquid commune habere, ut in $\gamma\alpha\zeta\alpha$, $\gamma\epsilon\beta\alpha\lambda$, $\gamma\omicron\mu\acute{o}\rho\rho\alpha$, & similibus. Absurda autem planè est pronuntiatio per $\gamma\upsilon$. Judæi hodierni per \aleph efferunt, & sic duos spiritus confundunt. Atqui diversæ literarum figuræ, diversæ potestatis indices sunt. Hos tamen præstat imitari, quàm per $\Gamma\eta$ cum quibusdam efferre.

Observant Hebræi \aleph & Ψ nullibi conjunctim reperiri, quàm in Nomine proprio $\Psi\eta\eta$, 1. Chron. 2, 34.

Lingua five Linguales, quæ linguâ ad radices superiorum dentium affixâ, & inde ad inferiores relabente, proferuntur, ut $\eta\delta\lambda\eta\tau$, vulgò *Datlanath*.

Palati five Palatinæ, quæ aëre ad palatum oris protruso, enunciantur, ut $\eta\kappa\eta$ *Gichak*.

Dentium five Dentales, quæ dentibus anterioribus, linguâ pulsatis, efferuntur, ut $\eta\delta\zeta\eta$, vulgò $\Psi\delta\zeta\eta$ *Sasscheratz*. Litera η Hebræis valet S lenissimum, ut S Latinis inter duas vocales, veluti; Casu, Occisus. Unde risu Judæis, quando Christiani in Psalmis legunt *Mitzmor*. Quod alii per ζ ejus potestatem notant, sit quod ζ Græcorum ipsi in ordine respondet. Hinc Paulus Fagius in *Com. in Paraphrasin Chaldaicam Num. 6.* putat, rectius scribi *Nasareus* quàm *Nazareus*.

Labiorum five Labiales, quæ è labiis compressis erumpunt, ut $\eta\mu\eta$ vulgò *Bumaph*.

Hujus distinctionis usus insignis est, quòd *Literæ homogeneæ five unius organi facile inter se permutantur*, quod Hebræi dicunt, $\eta\lambda$ *האותיות שמוציאיהם ממקום אחד*, *מתחלפות*, R. Salom. Levit. 19. 16. Hoc principio, ex affinitate pronuntiationis nato, infinitæ voces & inter se commutatæ, & in alias atque alias linguas traductæ sunt. Exemplis id demonstrare, nimis foret prolixum. Ex Lexicis ea peti, & observari possunt.

Porro

Porro quatuor literæ אהוי (vulgò Ehevi vel אהוי *Jehu*, memoriae causâ dictæ) sine vocali in voce positæ, valorem omnem in pronunciando amittunt, & ociosæ, quoad pronunciationem, in voce existunt, quod Hebræi vocant *Quiescere*, unde tum *Quiescentes literæ* appellantur. *Contrariâ metaphorâ Moveri est Pronunciari, & Consona mobilis, quæ pronunciatur.*

Est & literarum Alphabeti *potestas Numeralis*, ut capitum Biblicorum & Psalmorum distinctiones ostendunt. Hoc usu dividuntur in tres classes, quarum prima continet numeros *monadicos*, altera *denarios*, tertia *centenarios*, & novenis figuris singulæ absolvuntur: ut,

9	8	7	6	5	4	3	2	1	Monadici
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א	
90	80	70	60	50	40	30	20	10	Denarii
צ	פ	ע	ם	נ	מ	ל	כ	י	
900.	800.	700.	600.	500.	400.	300.	200.	100	Centenarii
ז	ף	י	ם	ך	ת	ש	ר	ק	

Ultra decem, conjungunt monadicum & denarium, majore semper precedente: ut, א' 11, ב' 12, ג' 21, ד' 32, ה' 43, & sic deinceps. Pro 15. ponunt ו', 9. & 6. non ה', quæ litera cum sacrum nomen Dei constituant, in usu numerandi profanari non debuerunt. Ultra centum, אק 101, בק 102, גק 103, & cæter. Millenarius si sit exprimendus, regressus fit ad Monadicos, qui centenario prepositi, tot millia significant, quot in se unitates continent, ut apud Latinos. Hoc tamen rarissime in Hebræorum scriptis reperias, sed ferè semper Mille, voce integrâ אלף *Eleph*, dicunt, & Duo millia אלפים *Alphajim*: Plura millia, אלפים *Alaphim*, cui voci literas numerales præmittunt, quot scilicet millia significare volunt. & pro Mille reperitur in Notis Masore-

charum, quæ fini librorum Biblicorum subjiciuntur, ad indicandum numerum versuum: ut Libri primi Mosis versus sunt ד'ל ד'א id est, 1534. Etiam ante literam non centenariam: ut פ'א id est, 1070, quot sunt versus libri Job. Cæterum Rabbini literas numerales plures, duabus virgulis supernè notare solent, unam unicâ, ut in Abbreviaturis nostris diximus.

Nostri Grammatici alias communiter literarum divisiones proponunt, ex quibus placet Petri Martinii subjicere, quæ talis: Consona duplex est, Semivocalis aut Muta.

Semivocalis est, quæ sonum per se, tanquam vocalis, dimidium efficit: estq; Acuta vel Obtusa.

Acuta dentibus linguâ pulsatis effertur, & est quadruplex, ס ר ש .

Obtusa, labiis profertur: quæ itidem quadruplex ו ז ט י .

Muta consona est, quæ sola, conatum quandam duntaxat mutit: estq; Tenuis vel Aspirata.

Tenuis leniter mutit: estq; Aperta aut Clausa.

Aperta fit labiis apertis: ea Dentium est aut Palati.

Dentium triplex est, ד ט ת . Ex his literis & Samech, duo literarum compendia extitère, צ ז .

Palati triplex est, ג כ ק .

Muta clausa, fit labiis compressis: estq; duplex, כ פ .

E mutis sex tenues aspirationem istam interdum accipiunt, & tum sic notantur, בגדכפח .

Aspirata spirat è gutture: estq; Lenis vel Densa.

Lenis molliùs spirat: estq; duplex, א ה .

Densa aspiratio crassior est: itidem duplex, ח ט .

Cæterum, Utrum figura literarum Biblica hodierna, eadem sit quam Mofes in Tabulis accepit, & antè etiam in populo Hebræo usurpata? ea de re videri potest peculiaris nostra, ea de re, Dissertatio.

CAPUT II.

De Vocalibus & Diphthongis.

VOCALEIS est quæ per se sonum edit: estq; Propria vel Impropria.

Propria, quæ semper vocalis est: eaque Longa aut Brevis.

Vocalis longa, quæ habet sonum productum, sive duplicis temporis: estq; quintuplex:

Nomen	Figura	Pronunciatio.
Kametz	⌘ A	obscurum, mixtum cum O.
Tzere	⌘ E	clarum & siccum.
Chirek longum	⌘ I	productum.
Cholem	⌘ ⌘ O	productum.
Schurek	⌘ U	quale & Græcorum.

Kametz Hebræorum Grammatici communiter vocant Kametz gadol, i. e. magnum, vel Kametz rachaf, h. e. latum.

Tzere vocant etiam Kametz katon, id est, parvum, interdum simpliciter Kametz, quod Masorethis familiare.

Chirek longum, vel Chirek cum Jod.

⌘ Singulis adjicitur, ut situs vocalium ostendatur.

⌘ & ⌘ consonarum naturam hic exuunt, & quasi in vocales degenerant, qualis apud Latinos ipsarum usus est, & ut apud Græcos vocalis jota in υος Filius, & in peregrinis vocibus iaxiω Jacob, & similibus, consonæ naturam habet.

⌘ à Chirek non raro abjicitur, quod analogia vocum in progressu docebit.

Cholem sapissimè supra literam ⌘ notatur, hoc modo ⌘, unde nomen Vau Cholem enatum est. Semper autem Cholem illud precedentis literæ vocalis est: unde si hoc ⌘ propriam vocalem subjectam non habeat, tunc quiescit: si verò habeat, pronuncia-

tur. Sæpiſſimè etiam vitio typographico invenitur $\dot{\imath}$ pro \imath , hoc est, punctum ad dexteram literæ \imath sæpè positum est, cum deberet incumbere sinistra. Id factum deprehenditur, quando præcedens litera propriam vocalem adjunctam habet, cum qua ea pronuntiatur: tunc enim punctum Cholem literæ \imath vocalis est, & post eam, nempe ad sinistram, & poni & legi debet. Deinde non raro Cholem per puncta literæ \imath & \imath designatur, ita ut punctum illud & literam & vocalem istam simul connotet. Et quidem punctum dexterum literæ \imath pro vocali ponitur, si præcedens litera vocali propriâ careat: sinistrum literæ \imath , si sequens litera propriam vocalem adjunctam habeat, aut ipsummet \imath aliâ vocali destituatur. Hinc dignosci facîle poterit, quæ sit ratio utriusq; puncti eidem literæ simul impositi, hoc modo, \imath , quorum alterutrum pro Cholem legendum, juxta præcedentem doctrinam. Exempla erunt cap. 4.

Schurek signatur per punctum in ventre literæ Vau. Atamen non semper vocalem notat, sed si Vau tale vocalem brevem ante se habeat, tunc punctum illud non est Schurek, sed geminandæ literæ nota, ut capite 4. videbitur.

Vocalis brevis est, quæ habet sonum correptum, si ve simplicis temporis: estque itidem Quintuplex:

Nomen	Figura	Pronunciatio.
Pathach	\aleph	A clarum & purum.
Sægol	\aleph	E obscurum, quasi ex A mixtum.
Chirek	\aleph	I correptum.
Kametz chatuph	$\aleph\aleph$	O correptum.
Kibbutz	\aleph	Y v Græcorum.

Pathach ab Hebræis vulgò vocatur etiam Pathach gadol, Pathach magnum, à latiore sono.

Sægol vulgò Rabbiniis dicitur etiam Pathach katon, Pathach parvum, ab exiliore sono, ut apud Aben Efram, Genes. II. I.

Kametz

Kametz chatuph etiam nominatur Kametz chateph: & Kibbutz quandoq; Schurek, ut Lev. 19. 20. in Ab. Esra.

Pathach & Sægol propter gutturales literas sæpissimè inter se permutantur, & sæpè loco Chirek ipsis substituiuntur.

Kametz chatuph & Schurek euphoniæ gratiâ sæpissimè in Kibbutz convertuntur: Cholem autem vel in Kametz chatuph vel Kibbutz.

Kametz longum & Kametz chatuph figurâ sæpè nihil differunt, hoc est, Kametz chatuph sine duobus punctis, sæpè cum Kametz longo eandem figuram habet, sed differentia cap. 4. & 5. explicabitur.

Quomodo Chirek breve à Chirek longo, à quo Jod abjectum, distinguendum sit, analogia flexionis & derivationis in progressu Grammaticæ docebit.

Literæ ם propriâ vocali destitutæ, post longas, & breves quasdam vocales, quiescentes fiunt: post longas propriè, impropriè post breves, & quidem ם in medio & fine vocis: ם in fine tantum, ut capite 4. videbitur.

Vocalis impropria est, quæ non semper vocalis est, aut non omnium literarum, & habet sonum brevissimum, unde & Brevissima vocalis dicitur, quibusdam appellatur Semivocalis: Estque simplex vel Composita.

Simplex, figuræ simplicis est, & dicitur Scheva, ac duobus punctis rectis literæ subicitur, hoc modo (ם) valetque E brevissimum. Hoc usu vocatur Scheva mobile, & vocale, & litteris gutturalibus nunquam adhibetur. At non semper vocale est, & id primo, In media dictione post vocalem brevem: secundo Post vocalem longam accentu tonico notatam; tertio In fine dictionis, etiam geminum. Hoc modo dicitur אָפּוֹנוֹב,

Mutum

Mutum & Quiescens, omnibusq; literis convenit, quamquam cum א & ן rarissimum sit.

Composita est, quæ constat ex Scheva & vocali brevi, unde Scheva compositum dicitur: Estque triplex:

Chateph pathach	א	A
Chateph sægol	א	E
Chateph kametz	א	O

Chateph pathach, id est, raptum sive correptum pathach, ex brevi brevius factum, & sic reliquæ.

Chateph kametz absque duobus punctis nunquam scribitur, & sic à Kametz chatuph cum duobus punctis notato, figurâ non differt, sed usu, ut capite 4. & 5. videbitur.

Quantitas soni, ut ipsius Scheva, brevissima est, sed qualitas vocalium brevium.


Literarum gutturalium propriae sunt, & loco Scheva ipsis subjiciuntur: improprie & irregulariter aliis literis adhibentur, quibus Scheva simplex sufficere poterat.

Post Scheva compositum nunquam venit Scheva simplex. Quod si tamen id analogia requirat, tum Scheva compositum resolvitur in vocales suas simplices, ut cap. 4. videbitur.

Diphthongus est duarum vocalium sonus in unum conflatus. Hanc tamen duæ puræ vocales in lingua Hebræa non constituunt, sed literæ א & ו, quando cum præcedente vocali videntur in fine vocis in unam syllabam sic coire, ut duæ vocales in diphthongo. Unde Grammatici ex א ponunt diphthongos אַ, אֵ, אִ, אֹ, אִּי, אִּו. Ex ו, וַ, וֵ, וִ, וֹ, וִי, וִו. Quidam etiam alias quasdam ponunt, sed sine ratione. Vide cap. 4.

De Punctorum horum Vocalium, & Accentuum Origine, Antiquitate,

riquitate, & Authentia, potest, qui volet, adire peculiarem nostrum de illis Tractatum. Ibidem etiam cap. 14. docetur, quo sensu quidam Hebræorum Grammatici septem duntaxat numerent Vocales, & alia, de Nominibus & appellationibus illarum.



CAPUT III.

De Dages & Mappik.

VENTRI literarum inscribitur punctum, pronunciationi ipsarum inserviens, diciturque vel *Dagesch* vel *Mappik*.

Dagesch duplex est: *Lene* vel *Forte*.

Dagesch lene est, quod sex literas aspiratas כּ פּ טּ צּ דּ בּ גּ facit tenues, aspirationem ab iis tollendo: ut כּ b, פּ g, דּ d, צּ k, טּ p, טּ r. Fit hoc communiter, primo ab initio dictionis, quodcumque præcedens dictio terminatur consonâ mobili; si verò literâ quiescente aut vocali longâ, tunc manent aspiratæ: secundo in media dictione post Scheva quiescens. Exempla vide capite quinto, & ibidem utriusque modi exceptiones. *Vulgo hæc sex literæ vocantur* Literæ *Begadkephat*, *memoria causa*. Olim autem, quando aspiratæ essent, scribebatur super illas virgula transversa, quam *Raphe* dicebant, ut כּ, & indicabat lenem sive aspiratam ipsarum lectionem. Nam *Raphe* idem quod *Lene*, *Remissum*. *Vestigia* ejus, sed *irregularia*, videntur adhuc *Exod. 20. v. 9. 13. 14. 15.* de quibus *infra cap. 5.* *Alias omnino inusitata in libris Hebraicis: at in Hebræo-Germanicis, id est, lingua Germanicâ, sed caractere Hebræo scriptis, genuina, immo necessaria semper.*

Dagesch forte est, quod literam pronunciatione geminat. Fit hoc post longas vocales rariùs, post breves frequenter, post brevissimas nunquam. A literis

בגד כפח Begad kephat aspirationem etiam tollit, ut ipsum Dagesch lene. Est in illis forte, quodocunque non præcedit Scheva quiescens: tunc enim lene est.

Quatuor gutturales עההא & ה illud nunquam recipiunt: illæ quidem, quia spiritus in ipsis literis gradatim crescit & augmentum capit: hæc propter stridorem & asperitatem suam, quæ intensione opus non habet. In exclusi autem Dagesch indicium & complementum, præcedens vocalis brevis plerumque in longam convertitur, ut amplius cap. seq. videbitur. Est & Dagesch fortis quædam species, quæ primam vocis literam occupat, de qua vide cap. 5.

Mappik est punctum, quod literæ ה & ו inscriptum, docet eas esse pronunciandas, quæ sine eo quiescerent. Fit hoc in litera ה in fine dictionis, in litera ו in media voce post Chirek, ut cap. seq. fusiùs declarabitur.

CAPUT IV.

De Syllaba & legendi ratione.

SYLLABA est consonæ & vocalis in unum sonum conjunctio. Hinc Hebræis dicitur הַקּוּסוּם *Sonus*. Consona syllabam semper inchoat, à dextera versus sinistram.

Syllaba est *simplex* vel *composita*.

Simplex est, quæ ex una consona, & una vocali constat: ut, אֵל E-li, גַּל Gal-lú, חַיִּיתִי Ha-ji-thi, רִיבוֹ Ri-vó-tha: רִיבֵי־חַיִּי Ri-vé-cha: אֹתֹן O-thó: שְׁבוֹ Schú-vu. Fit etiam interdum ex vocalibus brevibus, Pathach, Sægol, Chirek & Kibbutz, ut in sequentibus patebit.

Syllaba composita est, quæ ex pluribus consonis cum vocali conjunctis constat. Conjunctio ista fit diversimodè.

Primò,

Primò, literæ ultimæ vocum mobiles, rarò cum Scheva notantur; exceptis ך & ת, quibus adscribitur, quia est signum personæ secundæ fœmininæ: ut, בְּנֵי *Filius tuus*: הַלְכָתְּ &c. Cùm non habent, habere intelliguntur. Semper autem vocali propriâ destitutæ, adjunguntur præcedenti: ut מֶלֶךְ *Melêch*, קוֹלָם *Kolám*, שָׁמַח *Samách*: קוֹיִם *Kóvim*, ubi punctum Cholem, non ad ך sed ad ן pertinet, quia litera ך propriam vocalem subjectam habet, cum qua effertur.

ח & ץ in fine vocis post Tzere, Chirek longum, Cholem & Schurek, sæpè ad faciliorem & commodiorem sui prononciationem, sub se assumunt Pathach, quod ante eas rapidè, & quasi furtim prononciandum, unde Hebræi illud vocant *Pathách genubhá*, id est, Pathach furtim ascitú: ut, שָׁמַח *Saméach*: מַשְׁחִיחַ *Maschíach*: יוֹשִׁיָּהוּ *Joschíah*: רוּחַ *Rúach*: יָדוּעַ *Jadúach*: יָשׁוּחַ *Jaschóach*. חֵי cum Mappik, hanc rationem quandoque imitatur, & tùm paulò lenius, quàm ח efferendum est: ut מַגְבִּיחַ *Magbiach*, גַּבּוֹחַ *Gabóach*.

Secundo literæ quiescentes semper adhærent præcedenti: ut, בָּרָא *Bará*: קוֹרָא *Koré*: נָבִיא *Na-ví*, מוֹשֶׁה *Mosché*, ubi etiam punctum literæ ן simul pro Cholem ponitur, quia litera præcedens vocali aliâ caret: שׁוּחַ *Soché*, ubi punctum literæ ן, simul vocalem Cholem exhibet, quia ipsa litera vocali aliâ destituitur: שׁוּחַ *Schone*, ubi posterius punctum Cholem est: רֹשֶׁה *Rosché*, ubi Cholem pertinet ad ך, literâ ך quiescente: צָרַע *Tzare*, cum ך in fine quiescente.

Tertiò, duæ vel tres consonæ in unam syllabam connectuntur per *Scheva*, tam *Simplex*, quàm *Compositum*: Simplex tam *vocale*, quàm *mutum*.

Scheva simplex, & id vocale, suam consonam sono rapi-

rapidissimo adjungit literæ sequenti, ut, פֶּרִי *Perí*, יֶרֶכוֹ *Jeva-rechú*, בֶּרֶכוֹ *Be-rechú*, רִי־רֶכָה *ri-vechá*, רו־מֶמֶן *ro-memú*, יֶשֶׁכָה *Jesku-phechá*: Hæc connexio ita rapida & arcta est, ut divulsionem aliquam non admittat, multò minus Scheva illud per se unquam syllabam distinctam constituat. Tale E brevissimum, animadvertitur à principio in Germanicis *gefahr / geschriff / geschriben / gefallen / & similibus*: item *befohlen / bezahlen / betrug / & ejus generis aliis, quæ rapidè efferuntur, gfabr / gschrift / &c.*

Geminum Scheva ab initio vocis nunquam consistit. Quod si tamen ex analogia vocis concurrant, tunc prius mutatur in Chirek, aut in Pathach vel Sægol propter gutturalem vel ר. Quando autem analogia vocis id requirat, id passim per totam artem proponitur: vide cap. 13. ad Imperativum & Futurum. Si alterum Scheva sub ׳ fuerit, tollitur: ut בִּימֵי *Bimé* pro בִּימֵי. Sic מִימֵי *Mimín*, לִיהוּדָה *Lihudá*.

Scheva mutum post vocalem brevem suam consonam connectit præcedenti: ut, הִפְקַדְתִּי *Hiphkad-tí*: יֶשְׁמֹרָה *Jischmorhá*: בְּחֵמְלָתוֹ *Be-chem-la-thó*: צִיּוֹן *Tzjon*: תַּחְתֵּיהָ *Tach-ti-jah*, ubi punctum in Jod Mappik est, & docet, literam istam esse proferendam, quæ sine eo quiesceret. צִדְקַתְהָ *Tzid-ka-thah*, ubi ה in fine propter insertum Mappik similiter efferendum, quod aliàs planè quiesceret. *Judæi tamen hujusmodi ה non efferunt, sed legunt hinc Tzidkatá.* At verò Scheva post vocalem brevem sæpè mobile est, de quo mox in usu Dagesch; & cap. 5. Regulâ 3. de Metheg.

Gemini in media voce Scheva prius semper mutum est, ut suprâ dictum, alterum vocale: ut, יֶשְׁמֹרוּ *Jisch-merú*. Excipiunt nonnulli, quando prius est sub litera geminatâ, ut הִלְלוּ *Lauda*, legitur *halelí*: Item רִנְנוּ

Ecce

Ecce ego, legitur *himmeni*. In fine vocis tam unicum quam geminum quiescit: ut, בִּרְךָ Berach: שְׂאֵלֶתִי Schaált: וַיִּרְדֵּי Vajérd: קוֹשֵׁטִי Koscht: וַיִּשְׁכַּח Vajaschk. In his autem Scheva quiescens esse, etiam quando ultima est dagessata, docet, primò Dagesch lene in principio sequentis dictionis, quod post Scheva quiescens adhiberi solet: ut, וַיִּלְדֵת בֵּן Et paries filium, Jud. 13. v. 3. Secundò, Scheva sive simplex, sive compositum sequens: quia sic tria Scheva aliquando concurrerent, & duo forent mobilia; ut, יַפֵּת אֱלֹהִים Dilatet Deus, Genes. 9. vers. 27. וְלָקַחְתִּי בְיָדִי Et accipies in manu tuâ, 1. Reg. 14. v. 3. Tertio, quod Scheva mobile suam consonam semper adjicit sequenti vocali in eandem syllabam. Id autem in fine dictionis facere nequit. Unde non est vocale, sed quiescens. Quarto, quia hujusmodi voces aliquando in pausam incidunt, tam in medio, quam in fine sententiæ: ut; וַיִּבְכֶּה Et flevit, Genes. 45. 14. וַיִּבְכֶּה Genes. 21. v. 16.

Scheva compositum, literarum gutturalium proprium est loco Scheva-simplicis, & suam consonam sequenti jungit, eadem quantitate quâ ipsum Scheva simplex: ut, הָבֵן Havú, אֶדוֹמִי Edo-mí, חוֹלִי Cholí: pariter in media dictione, אוֹ הַבִּים O-havim. Sic literæ præcedenti eandem vocalem brevem, quam sub se habent compositam, subjiciunt, quod vulgò dicunt: *Litera gutturalis punctat se, & præcedentem*: ut, הָעֵבֶרֶת Ha-avar-ta, הָאֶרֶצִּי He-eri-chu, הָעֹמָדֵת Ho-omad-ta, אֹהֹלוֹ O-holo, מוֹחֹמָד Mo-homad. Hoc usu Kametz-chatuph semper per nudum Kametz scribitur, quod ex præcedenti regula per O breve legendum. Analogia tamen Grammatica sæpè aliam vocalem ante Scheva compositum postulat, ut ex varia vocum flexione in progressu Grammaticæ patebit.

Anomalia Scheva compositi triplex hæc occurrit: primò,

Chateph-sægol & antecedens Sægol contrahuntur aliquando in Tzere: Chatephpathach cum suo Pathach, in unum Pathach: ut, לֵאמֹר לֵאמֹר Lemór pro לֵאמֹר לֵאמֹר. Talia sunt בְּאֵלֶיִם Be-lo-him, לֵאלֹהִים Le-lo-him, בְּאֵלֹהִים Ke-lo-him, וְאֵלֶיִם Ve-lo-him. Chateph-pathach, בְּאֵדֹנָי Ba-do-nai, pro וְאֵדֹנָי. Sic לְאֵדֹנָי Va-do-nai, לְאֵדֹנָי La-do-nai.

Secundo, Scheva compositum aliquando resolvitur in vocales suas simplices, manente interea sub litera præcedenti eâ vocali, quam quælibet istarum requirebat. Fit hoc vel simpliciter vel necessario. Simpliciter, quando soli euphoniæ consulitur: ut, נֶאֱשַׁם Ne-scham, pro נֶאֱשַׁם. Sic יִגְהֶה Je-geh, נֶחְבֵּאתָ Nach-be-ta, תֵּעָדִי Tab-di. Necessariò, quando Scheva simplex sequitur. Sic resolvuntur promiscuè, nunc in Scheva, nunc in suam brevem, quòd duæ brevissimæ continuò legi nunquam possint: ut, נֶאֱרַבָּה Ne-er-va, תַּחַרְגֹּו Ta-har-gu, מֹאֲסָכֶם Mo-os-chem, פֹּעַלְכֶם Po-ol-chem, יִשְׁכְּמוּ Je-schemu, יִחַשְׁבוּ Fach-schevu.

Tertio, Scheva compositum quandoque aliis, quàm gutturalibus subjectum reperitur, euphoniæ causâ. Chatephpathach, וְיִחַב U-sabaf, Et aurum, Genes. 2. v. 12. וְשָׁמַע Et audi, Num. 23. 22. אֲרִדָּה Descendam, Gen. 18. 21. וְיִבְרִכּוּ, & sic sæpillimè. Quidam scribunt, sic etiam literæ geminate competere; at hoc ut necesse non est, ita quoq; in exemplaribus non reperitur. Aliquando tamen id factitatum observare licet; ad dilatandam literæ illius pronuntiationem: ut, יִצְלְלוּ Profundum petierunt, Exod. 15. 10. רַבְּבוֹת Myriades, Num. 10. 36. בְּלָלוּ Perfecerunt, Ezech. 27. 4. וַיִּטְרַחוּ Et amaritudine affecerunt eum, Genes. 4. 9. 23. Chatephsægol in nomine יְהוָה. Sed hoc factum, quia ista puncta non sunt hujus vocabuli, sed nominis אֱלֹהִים, quòd pro eo legitur. Chatephkamez, אֶשְׁכֹּתָה Esch-kota Quiescam, Jefa.

Jesa. 18. 4. קדשׁים Koda-schim, Sanctitates, Exod. 29. 33. קוסם Ko-somi, Divina, 1. Sam. 28. 8. וצאק U-tzoa-ki, Et clama, Jer. 22. 20. Hæc impropria & irregularia sunt: nam simplex Scheva analogia requisivit, quod & adhiberi poterat, Vide plura mox in Dagesch.

Dagesch forte, est syllabæ per Scheva compositæ, in scriptura contractio: ut, הגג Hyg-gasch. Hic Dagesch est loco literæ, quæ in scriptura exprimeretur per geminum, ut הגגג. Sic integrè scribuntur, חנני Chonne-ni, Miserere mei, Psal. 9. 14. צל צלילן Tzil-lo, Umbra sua, Job. 40. 17. quæ per compendium prius scriberentur חנני צלו. Sic ררה Ravve, Irriga, מררחים Mery-rackim, Spaciofa, קוה קוית' Karvo kivvithi, Exspectando exspectavi. Hic punctum in litera ו non Schurek, sed Dagesch est, ob vocalem brevem antecedentem, ut supra capite 2. dictum.

Occurrunt hinc etiam quædam exempla cum Chatephkamez sub litera non gutturali: ut, יקבנו Jikbavenu, Expresserit illud, Jesa. 62. 2. אצורה Etzorema Custodiam eam, Jesa. 27. 2. אסרם Efforem, Vinciam eos, Hof. 10. 10. יקבנו Jiggophenu Percusserit eum, 1. Sam. 26. 11. כתנות Kyttonoth Tunicæ, Exod. 28. 40. שבלים Schibbolim, Spicæ, Genes. 41. 5. Et hic est יקבנו compendiosè pro יקבנו.

Ex hac ergo contractione est Regula: *Scheva post vocalem brevem sub litera dageffata, vocale est.* Nam prius quiescens sublatum est, & vocale relictum, ut ex præcedentibus exemplis apparet.

Post vocales longas rarissimè Dagesch forte est, & improprie. Nam in longis vocalibus sonus integer syllabæ absolvitur, quod non fit cum Dagesch. Post Kametz longum rarè est Dagesch, veluti, ימה Jamma,

אָנָה *Anna*, לָמָה *Lamma*, שָׁמָה *Schamma*. Est & aliàs sæpè Kametz ante Dagesch, sed vicarium טַח Pathach, de quo libro 2. capite ultimo. Post Tzere & Cholem sæpiusculè est: ut, שָׁבוּ *Obstupescite*, Jer. 2. 12. הִנֵּה *Huc*. Post Chirek longum irregulariter planè: ut, וַהֲמִיתִי *Vahamittif*, Interficièbam istum, 1. Sam. 17. פ. 35. בִּיקְרוֹתַי *Bikkerothécha*, Inter preciosas tuas, Psal. 45. פ. 10. לִיקָהָת *Likkeháth*, Obedientiam, Proverb. 30. פ. 17. לִיסוֹד *Lissod*, Fundare, 2. Paralip. 21. פ. 7. Post Schurek, הוֹלֵדֶת *Hullédeth*, Ezech. 16. פ. 4. הַיֶּלֶד *Qui natus est*, Judic. 13. פ. 8. In his Schurek est loco Kybbutz. De illis vide ampliùs cap. seq. Post breves propriè adhibetur: post brevissimas nunquam, unde de שְׁתִּי *diversa* sunt Grammaticorum iudicia. Quia verò impropriè post longas vocales venit, inde regula: *Dagesch forte vocales longas antecedentes, in breves eis analogas communiter transmutat. Veluti Cholem in Kametz chatuph vel Kibbutz: Tzere in Chirek: Schurek in Kibbutz. Cholem: ut, תּוֹם Tom, תִּמְמִי Tymmi* Integritas mea: רֹן *Ron*, רֹנִי *Ronni* Canta: Tzere קֵן *Ken*, קִנּוּם *Kinnim*, Nidi. Schurek יִלָּד *Julad*, יִלָּד *Jyllad* Nascetur. E contrariò, *Dagesch forte ex gutturalibus & ר̄ exclusum, præcedentes vocales breves plerumq; in longas convertit, ut passim per totam Grammaticam videbitur. Ista enim vocalis productio, Dages rejecti indicium & compensatio est.*

Præterea, *Dagesch forte ex litera Schevata, euphoniæ causâ sæpiusculè excidit; Id suis locis passim explicabitur.*

Denique est & *Dagesch Euphonicum*, quod sine legitima artis causa, aut necessitate ulla, adhibetur, ut שְׁמִינִי *Sanctuarium*, Exod. 15. v. 17. וַאֲבָרָה *Et comparavi eam*, Hof. 3. v. 2. & alia, quæ passim indicabuntur. Eòdem referendum *Dagesch initiale*, de quo vide cap. seq.

Quòd literæ gutturales Dagesch hoc rejiciant, paulò antè dictum est.

etum est. Observarunt tamen Masorethe, in א & ר quandoq;
fuisse usurpatum. In א quatuor locis; nempe וַיִּבְרָא Et attu-
lerunt, Genes. 43. v. 26. Esrae 8. v. 18. תְּבִיאוּ Adducetis,
Levit. 23. 17. וַיִּרְאוּ Videntur, Job. 33. 21. at id hodie negle-
ctum est, cum nulli sit usui. Notatum est ab Elia in Michlol Kim-
chi, fol. 72. se in antiqua Masora reperisse scriptum, ר septies ha-
bere Dagesch. Sed Kimchi adducit pluralia loca, nempe הִרְעִמְהוּ
Provocabat eam, 1. Sam. 1. v. 6. הִרְאִיתֶם? Videtisne?
1. Sam. 10. v. 24. & 17. v. 25. 2. Reg. 6. v. 32. אֲחַבֵּת רַע
Diligis malum, Psal. 52. 5. שִׂיאֵי Quod caput meum,
Cant. 5. 2. ubi Masorethe notant ר esse dageffatum: מְאוֹמָה רַע
Ullum malum, Jer. 39. 12. לֹא כָרַת שָׂרָף Non est præci-
sus umbilicus tuus, Ezech. 16. v. 4. ubi in utroq; ר occur-
rit: לְשָׂרָף Umbilico tuo, Prov. 3. v. 8. לֹא יִנְקָה רַע Non
fit impunis malus, Prov. 11. v. 21. מִרְתַּת נַפְשׁוֹ Amaritu-
53 CAP. V. DE ACCENTIBUS.

simpliciter, si vox separata sit: ut, וַיָּאֵר וַיִּשְׂרַח Vajákom lach, *Et stabilietur tibi*, Job. 22. 28. Tale quoque est, וַיִּשְׂרַח Gen. 33. 16. ubi Telischa accentus postpositivus penultimam afficit: vel sequente Makkah, ut וַיִּשְׂרַח וַיִּשְׂרַח Kol-ascher, *Omne quod: וַיִּשְׂרַח וַיִּשְׂרַח! Colliget iniquitatem*, Psalm. 41. v. 7.

4. Kametz ante gutturalem cum Chateph kametz notatam, breve est: ut, וַיִּשְׂרַח Oholó, וַיִּשְׂרַח Moomád, *Vide supra in Addit. cap. 4.*

Quando Kametz chatuph scribitur cum duobus punctis (·) tunc eandem habet figuram cum Chatephkametz, à quotribus modis discernitur:

1. Kametz chatuph post se semper habet vel Scheva quiescens, vel Dagesch forte: ut, וַיִּשְׂרַח Chochma, *Sapientia*: וַיִּשְׂרַח Ronnú, *Cantate*. Post Chateph Kametz neutrum unquam evenit.

2. Kametz chatuph omnibus Alphabeti literis subjicitur, ut qualibet alia vocalis brevis: Chatephkametz proprie gutturalibus tantum loco Scheva: improprie vero & irregulariter aliis, ut supra explicatum.

3. Kametz chatuph sæpe absque duobus punctis scribitur, & syllabam constituit: Chatephkametz nunquam sine duobus punctis notatur, neque per se unquam syllabam constituit, sed semper ad sequentem vocalem rapitur.

III. De Accentibus & eorum numero.

¶ Accentus est vocis quidam cantus. Est autem Canere (*scribit Scaliger in lib. De causis lingue Latine, c. 52.*) Vocem modulis certis tollere aut premere, certisque temporibus producere, aut corripere. Id, quod in pronunciando necessariò eveniat, quibus legibus syllabas moderaremur, eas leges Accentiones, Accentus, Accentiu-culas, Moderamenta, Voculationes Latini vocarunt,

Græcos imitati, qui eadem de causa *μεγιστῆς* nominabant. In hanc sententiam scribit etiam Gellius lib. 13. cap. 6.

Vocis affectionem dicimus Accentum, quatenus is in certa quidem syllaba tantum consistens, eam tamen non extra vocem, sed in voce, ut in subjecta materia, afficit, adeoq; totius vocis sonum, qui uno potissimum quodam loco evidentius percipitur, legitime moderatur.

Sonus conveniens cujuslibet vocis, ut triplex sufficeret, natura voluit; in altum scilicet, quasi lenior & acutior sublatus; aut deorsum in guttur & pectus, ceu gravior, depressus, aut in longum, quasi compositus & duplex, protractus & inflexus. Unde Cicero in Oratore scribit: Mira est quædam natura vocis, cujus quidem, è tribus omnino sonis, inflexo, acuto, gravi, tanta fit & tam suavis varietas perfecta in cantibus. Horum in qualibet voce tantum unicus est, & is quidem in voce polysyllaba, in ultima vel penultima consistit. Ipsa enim natura (scribit Cic. dict. loco) quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, nec unâ plus, nec à postrema syllaba citra tertiam. Et Elias Levita in Libro de Accentibus capite 4. scribit: Ut nulla syllaba est absque puncto vocali, sic nulla est vox absq; accentu suo. Sonos hos omnes Græci appellarunt *τὸν τὸν τὸν* *τὸν τὸν τὸν* *τὸν τὸν τὸν* Tendere, translata locutione à fidibus, quarum intentione vel remissione acutior graviorq; tonus redditur.

Numerus accentuum inter Grammaticos non est idem. Quidam pro diverso usu, diversa acceperunt nomina, unde numerus ipsorum quibusdam Grammaticis auctior factus. Præter eos, quos nos posuimus supra, adjiciunt vulgò sex alios, nempe פֶּסִיק Pesik, לֶגָרְמֵ לֶגָרְמֵ Legarme, סוּפְּהַפּוּקִי Sophpafuk, אִלּוּי Illui, מְכַרְבֵּל Mecarbel, מְעַיְלָה Meajela.

Pesik & Legarme, eandem figuram habent, quæ rectâ virgulâ inter duas dictiones notatur. Ea si post Munach unicum, vel

vel inter duo Munach ponatur, dicitur Legarme: aliàs Pefik: *ut* אֲשִׁית וְאִיבָה Et ponam inimicitiam, Genes. 3. v. 15. *ut* רֶמֶשׂ וְלִכְלֵל Et omni reptili, Genes. 1. v. 20. Hinc ad *וְהָ* Exod. 30. v. 13. Masora notat; Tria initia versuum sunt cum Munach ante Legarme. Pefik verò dicitur, quando post alios ministrantes accentus ponitur, regemox sequente. At hæc lineola nihil ad pronunciationem antecedentis vel consequentis dictionis facit: utraq, enim suum proprium accentum tonicum habet. Notat verò pausulam musicam, unde פֶּסֶק dicitur, (nam פֶּסֶק Cessare) quæ si fuerit post Munach, tunc fracta & subito abrupta voce constituenda est, quod nomen לְגֵרְמִי indicat; Nam נָרַם Frangere.

Sophpafuk, id est, Finis versus: hujus figura constat duobus punctis majoribus, quæ ad finem singulorum versuum Biblicorum notantur, neq, sono ullius vocis moderando inserviunt, sed versuum distinctionibus. Unde Elias in lib. De Accentibus cap. 5. expressè scribit eos errare, qui has notas inter accentus numerent. Masorethæ autem hoc nomine accentum Silluk intelligunt.

Hillui & Mecarbel accentus Munach epitheta sunt, neq, tonum vocis Grammaticum mutant, sed tonum musicum. Munach enim in ultima syllaba positum sequente Athnach, Sarka vel Sakephkaton, vocatur עֲלִי Hillui, ab עָלָה Ascendit, quòd altâ sive elatâ voce canendum sit: at in principio dictionis sequente Sakephkaton, מְכַרְבֵּל Mecarbel dicitur, quòd flexâ & variè agitatâ voce canatur, ut quæ cribro agitantur. Nam מְכַרְבֵּל Cribrare, ut quidam volunt. Vel à loco sic dicitur, quasi sit Crista vocis, אֶבְרַתָּא Crista, quomodo apud scriptores Talmudicos legitur, בֵּי חוּרָא אֶבְרַתָּא דְתַרְנַנְגוּלָא. Cum alba est crista galli. Melius conveniret hæc ratio Elia, si accentus supra primam litteram collocaretur; at ipsi subjicitur: ut, גְּדוּלַּת גֵּנִי Gens magna, Deut. 4. v. 7. מִמֶּנִּי אֲדַבֵּר Momento eloquar, Jer. 18.

ψ. 7. Quando etiam duo *Munach* ante *Sakephkaton* continuò ponuntur, tum prius vocatur à *Judæis Italis* *Mecarbel*, alterum *Hillui*: ut, אֲשֶׁר פָּרַח בְּהֶם Quibus expiatio facta est, Exod. 29. 33.

Meajela & *Tiphcha* epithetheton est: eadem enim utriusq; figura, sed alio atq; alio loco aliter appellata. *Tiphcha* enim ante *Athnach* & *Silluk*, vocarunt מֵאֵיִלָּא *Meajela*, quasi *Tiphcha* forte, id est, intensiore voce canendum, ab אֵל Fortitudo, vel אֵל Fortis: ut, וַיֵּצֵא נֹחַ Et egressus (est) *Noa*, Genes. 8. ψ. 18. Et quandoq; in eadem dictione: ut, בְּשַׁבְּעַת יָמַי In septimanis vestris, Num. 28, ψ. 26. ubi *Masoretha* notant, Undecim locis *Meajela* poni ante *Athnachta*, & hunc esse unum ex illis. Loca ibidem annotantur. At Jer. 2. 31. ad vocem מֵאֵיִלָּא notatur, Decem tantum esse loca, & undecimum ex diversitate exemplarium adjectum. Quinq; locis in eadem dictione collocatur ante *Silluk*: ut, לְהַחֲרִיבוֹ Ad pollendum se, Lev. 21. ψ. 4. & hic reliqua loca à *Masorethis* annotantur. Octo etiam locis *Magistri Masoreth* accentum *Merca* in eadem voce cum *Tiphcha* junctum, vocarunt *Meajela*, quasi *Merca* contentiore voce canendum: ut, מוֹשְׁבַת יָכֶם Habitacionibus vestris, Lev. 23. ψ. 21. ubi reliqua loca enumerantur, ut & *Ezech.* 36. 25. Non itaq; hi novi aut diversi à reliquis superioribus sunt accentus, sed iidem ex diverso usu musico diversimodè appellati. Nihil autem ad legitimam vocum singularum prononciationem, de qua hic agimus, diversus iste cantus facit.

IV. De Consortio quorundam accentuum speciali.

Masoretha notant aliquoties, Quinque esse dictiones cum duobus accentibus, nempe quæ sint specialis observationis, cum aliàs in diversis dictionibus soleant usurpari. Quinq; voces peculiare sunt cum *Telisha* majore & *Geresh* simplici vel duplici,

57 CAP. V. DE ACCENTIBUS.

duplici, quarum prima, ^{11P} וְיָצֵאוּ Gen. 5. 29. secunda, ^{11P} קָרְבוּ Accedite, Levit. 10. פ. 4. tertia, ^{11P} שׁוּבוּ Revertimini, 2. Reg. 17. פ. 13. quarta, ^{11P} וְלֵאמֹר Et ipsis, Ezech. 48. פ. 10. quinta, ^{11P} אֵת Hæc, Soph. 2. 15. Vide Masoram, Gen. 5. Lev. 10.

Munach & Rebbia quinquies in eadem voce concurrunt: ut, ^{11P} תַּעֲצֹבוּ Tristemini, Gen. 45. פ. 5. ^{11P} אֲנִי Quæso, Exod. 32. פ. 31. ^{11P} וְאִם עָרַם Et perturbabo eos, Zach. 7. 14. ^{11P} בֵּלְשַׁצְצָר Belteschatar, Dan. 1. 7. ^{11P} וְאֵי לוֹ Et vae ei, Ecclef. 4. 10.

Merca & Tiphcha octies: ut, ^{11P} שִׁהָה Cant. 6. 4. ubi vide Masoram.

Kadma & Merca ter: ut, ^{11P} יֵצְאוּ Eredientur, Jud. 21. v. 21.

Munach & Merca sæpe in eadem voce conjunguntur, quando vox bisyllaba penacuta aut monosyllaba sequitur: ut, ^{11P} נָבַל צִיץ Decidit flos, Jesa. 40. פ. 7. ^{11P} עָרַף בָּלַב Decollans canem, Jesa. 66. פ. 3. ^{11P} וְיִתָּן לָךְ Et dabitur tibi, Esth. 5. פ. 6. ^{11P} וְיִבֶן אֵלֶּה Et intelligat ista, Hof. 14. v. 10. Hic vox monosyllaba aut bisyllaba penacuta rejicit accentum precedentis vocis ex ultima in penultimam (ut supra declaratum,) id quod Munach indicat: at Merca denotat sedem accentus propriam in ea voce, nempe eam per se esse Milrah sive in ultima acuendam, at per accidens factam esse Milhel sive penacutam. Sed & legitur, ^{11P} פְּדַנָּה In Padanem Syriae, Genes. 28. פ. 2. 5. 6. non sequente penacuta: an cum vox ^{11P} פְּדַנָּה sit per se penacuta, propter acutam sequentem sit & ipsa facta acuta? sic v. 7. scribitur cum duplici Merca, ^{11P} פְּדַנָּה.

Munach & Mahpach: ut, ^{11P} שִׁהָהוּ Qui, Thren. 4. פ. 9.

Mahpach & Merca: ut, ^{11P} נִהָרְגוּ Cum interficiuntur, Ezech. 26. פ. 15. ^{11P} אֲדַמְנוּ Rubent corpore, Thren. 4. פ. 7. Merca denotat sedem accentus propriam, Munach accentus tracti index, ob vocem penacutam sequentem.

Merca & Fethibh: ut, גַּשְׁי הָרוֹם Accede huc, Ruth. 2.
 פ. 14. vox גַּשְׁי cum Cholem scripta, ut hoc loco, requirit accen-
 tum in penultima, quem Fethibh indicat, at per Scheva ab initio
 lecta, גַּשְׁי ut analogia postulat, est Milrah, quod Merca denotat.

Ante Makkaph: ut, הִנְנִי בְנִי Ecce me, fili mi, Gen. 22. 7.
 תִּקַּח לָהּ Accipiat sibi, Genes. 38. פ. 23. horum omnium
 causa amplius querenda.

V. De anomalia accentuum in Decalogo.

Exodi 20. vers. 2.

אֲנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֲשֶׁר הוֹצֵאתִיךָ מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם מִבֵּית עַבְדִּים
 לֹא יִהְיֶה לְךָ אֱלֹהִים אֲחֵרִים עַל פְּנֵי:

& sic deinceps, cujus rei causam, alto & egregio omnes transeunt
 silentio. At verò cum accentus, vocis legitimam pronunciationem
 moderentur, & hic talis ipsorum concursus eam turbet, & qui-
 dem in oratione ea, quæ ex ore ipsius Dei egressa est, non inmeri-
 to tanta rei causa queritur, An scilicet ab ipsomet Deo aut
 Mose hoc profectum, an verò ex posteriorum Judæo-
 rum instituto? Hoc postremum se mihi magis probat. Nam
 Hebræorum commentum hic est, Deum Decem præcepta
 elocutum esse בְּבַת אֶחָת unâ vice, uno momento, בְּדַבָּר
 אֶחָד sermone uno, בְּאִמְרָה אֶחָת eloquio uno, oratione
 unâ, h. e. uno spiritu & halitu, sine ulla interspiratione, mora,
 pausa, vel distinctione, ita ut omnia verba tanquam verbum
 unum & vox una fuerint. Id inde exstruunt, quòd dicitur: Et
 elocutus est Deus OMNIA verba ista, vers. 1. Quod cum
 populus non intelligeret, dixit ad Mosen: Eloquere tu no-
 biscum, & obsequemur, vers. 19. Sed Deus postea repetiit
 sermonem, & singula verba distinctè protulit, ideo additum est,
 לְאָמַר Dicendo, vers. 1. Inde etiam nunc in prima, nunc in ter-
 tia persona locutus est: ut, Sex diebus fecit, vers. 11. non au-
 tem Fe-

tem Feci, &c. ex R. Salomone, Aben Esra, R. Bechai, R. Isaac filio Arame; ex Tanchuma, Jalkut, Chaskuni. Aben Esra tamen multis objectionibus hanc sententiam impugnat: legant ipsum docti. Hinc verò prima causa multiplicationis accentuum promanavit. Nam uno accentu continuata elocutio indicatur, quâ Deus primò usus fertur: altero distincta, quâ hominem ob angustiam spiritus, & commodam distinctionem uti necesse est, & quam Deus secundo adhibuit. Sic concurrunt Athnach & Sakeph katon; ille majoris distinctionis & pause est, hic minoris, qui ad aliud sententiæ membrum tendit. Coniunguntur Silluk & Athnach, vel Rebhi'ah, aut alius: Silluk per se versum absolvit, ac pausam longiorem facit, at alius ipsi additus lectionis continuationem significat. Eodem modo de aliis judicandum, quorum alter legitime & distincta vocis prononciationis, alter continuata & appropriate lectionis index est. Hinc scriptum **וְיָ** cum Kametz & Pathach, quorum illud majori pause servit, hoc continuata lectioni. Sic in præcepto sexto, **לֹא תִרְצַח** Non occides. Ob eandem hanc causam ter legitur litera **ח** cum supra notatâ virgula Raphe, & simul imposito in ventrem Dagesch leni. Nempe in **לֹא תִרְצַח** Non occides; hic in **לֹא** accentus minister Merca requirit Thau aspiratum, & accentus regius Tiphcha, Thau tenue sive dageffatum, **לֹא תִנְאֶף** Non mœchaberis; hic prior rex Tiphcha postulat post se Dagesch lene, at minister Munach Thau aspiratum. Sic **לֹא תִגְנוֹב** Non furaberis. Item **לֵךְ** versic. 8. Hoc Masorethe tanquam mysticum notarunt, sed mysterium non explicarunt, quod per Cabalam oralem discendum erat.

Altera causa ad hanc accessit Musica Hebraica, quòd diversis temporibus & festis, diverso concentu hunc textum Judæi in suis Synagogis modulentur, ut expressè in Chaskuni scribitur.

Hinc quoq; meo iudicio, explicanda est anomalia accentuum in sequenti loco:

וַיִּשְׁכַּב אֶת-בִּלְהָרָה פִּילְגַשׁ אֲבִיו וַיִּשְׁמַע יִשְׂרָאֵל

id est, Et concubuit cum Bilha concubina-uxore patris sui, Gen. 35. v. 22. Ubi accentus duplicati videntur, tum ratione sententiae, tum ratione distinctionis versus. Sententia, quæ ad vocem יִשְׂרָאֵל absolvitur, postulabat illic Silluk, at versus, qui ibi nondum absolvitur, sed aliud adhuc membrum adjunctum habet, requisivit Athnach. Hinc ambo isti conjuncti sunt. Sic in voce אֲבִיו sententia postulavit Athnach, quasi illic duobus membris secetur, at versus ratio, Sakephkaton, tanquã in minori sententia membro. Sic in precedentibus vocibus Tiphcha & Sakeph gadol, tanquam majoris potestatis accentus, alium minoris virtutis adjunctū habent.

VI. De quindecim vocibus punctatis.

Quindecim voces in Scriptura occurrunt, quæ supernè punctatae sunt, vel uno vel pluribus punctis, (instar Cholem vel Rebbiah) supra literas positis, ob mysterium aliquod vel arcanam causam, quæ priscis nota fuit, sed apud posteritatem partim in oblivionem devenit, partim in nugas evanuit. R. Bechai scribit in Parafcha בְּל תִּיבָה שֶׁהִיא נִקְוּדָה בְּכָל הַכְּתוּבִים הַעֲנִין וַיִּשְׁלַח Genes. 32. כָּל הַתְּעוּרֹת דְּבַר Omnis dictio quæ est punctata (puncto extraordinario) in tota Scriptura, sensus est ad excitationem rei alicujus, *id est, vult aliquid peculiare indicare. Quædam exemplaria pro extraordinariis illis punctis, habent accentum Ferach adjectum. Haram decem sunt in Lege, quatuor in Prophetis, una in Hagiographis.*

Prima, וּבֵינֶיךָ Et inter te, Gen. 16. v. 5. ubi Masoretharum nota: Punctum est supra Jod posterius. At quam ob causam hoc punctum appositum sit, ab interpretibus solidè non explicatur, quantum ego vidi. Vide R. Salomonem.

Secunda, אֵלָיו Ad eam, Gen. 18. v. 9. Masoretharum nota: Supra Aleph, Jod & Vau, sunt puncta, estque vox ista
una

una ex decem, quæ in lege punctatæ sunt. *Hebræorum explicatio est ad hunc locum, ex Bereschit rabba, id est, Glossa magna in Genesim, adducta; hujus sensus: Rabbi Schimeon filius Eliezer dixit: Ubicunque inveneris scripturam (scilicet literarum) ampliorem suâ punctatione, interpretaberis rationem scripturæ: punctationem ampliorem scripturâ, interpretaberis punctationem. Sic hoc loco puncta redundantia sunt super literas Aleph, Jod, Vau, quæ indicant istarum literarum conjunctionem וי ad indicandum, quòd quemadmodum angeli isti interrogarunt Abrahamum, איה שרה Ubi est Sara? sic etiam interrogarunt Saram, אי אברהם Ubi est Abraham? Legitur Paraschâ sive Sectione 48. & 78.*

Tertia, וַיִּקְרָא *Quum surgeret ipsa, Gen. 19. v. 33. ubi Masoretharum nota, Punctum est supra Vau. De hoc apud Talmudicos legitur: Quare punctum est supra Vau? ad indicandum, quòd Lot quidem non perceperit cubantem filiam primogenitam, at surgentem perceperit, Tractatu de Nazirais, cap. 4. fol. 23. In Tanchuma & Falcut alie adducuntur rationes, quas omitto. Quin & Hieronymi tempore hoc punctum agnitum fuit. Is enim in Questionibus in Genesim ita de eo scribit: Appungunt desuper, quasi incredibile & quod rerum natura non capiat, coire quempiam nescientem.*

Quarta, וַיִּשְׁקֶהוּ *Et osculatus est eum, Gen. 33. v. 4. ubi Masoretharum nota: Quindecim dictiones punctatæ sunt in Scriptura. R. Salomon scribit, dissentire Rabbinos de horum punctorum explicacione: alios sentire, quòd Deus Esavitam insensu hostis animum tetigerit; ut sincerè fratrem Jacobum osculatus sit: alios autem sentire contrarium, quòd falsum ipsi dederit osculum. In hanc postremam sententiam ridiculoso mixtum le-*

tum legitur in Bereſchit rabba, paraſchâ 78. Ubicunque inveneriſ, & cat. ut ad ſecundam vocem poſitum eſt. Hic autem non eſt ſcriptura amplior ſuâ punctatione, neque punctatio amplior ſcripturâ, unde docet, quòd incaluerunt viſcera ejus iſto momento, & osculatus eſt eum ex toto animo ſuo. Tum dixit ipſi Rabbi Janna; ſi ſic eſt, quare ergo punctatum eſt? non certè niſi ut doceat, quòd Eſau non quæſierit לְנִשְׁקוֹ osculari eum, ſed לְנִשְׁכוֹ mordere eum, factumque eſt collum ejus marmoreum, & obſtupuerunt dentes impii iſtius. Propterea etiam ſequitur, Et fleverunt, nempe, iſte propter collum ſuum, alter propter dentes ſuos. *Fabula.*

Quinta, אֶת־אֵת Gregem, Gen. 37. v. 12. nota Maſoretharum: Una eſt ex quindecim vocibus punctatis in Lege. Hæc nota falſa eſt: vera quæ præceſſit. In Lege enim tantum decem ſunt, at in univerſa ſcriptura quindecim. R. Salomon notat, אֶת eſſe punctatum, ad indicandum, quòd iverint non ad paſcendum gregem patris ſui, ſed ad paſcendum אֶת־עַמְּוֹתֵינוּ ſeipſos, ut ſcil. tantò commodius ſcleratum ſuum propoſitum, de fratre Joſepho vendendo vel interficiendo, expedire poſſent.

Sexta, וְאֶהְרֶן Et Aharon, Num. 3. 39. R. Salomon notat, puncta denotare, quòd Aharon non fuerit ex numero Levitarum. Hic reliquæ voces à Maſorethis adducuntur, nempe רְחֹקָה Remota, Num. 9. v. 10. אֲשֶׁר Quæ, Numer. 21. 30. וְעֶשְׂרוֹן Et decimam, Num. 29. v. 15. וְלִבְנֵינוּ Nobis & liberis noſtris, Deut. 29. v. 29. Ex Prophetis quatuor: יֵצֵא Egreſſus eſt, 2. Sam. 19. v. 19. הַהֵיכָל Templi, Ezech. 41. v. 20. הִפְּחֵה Iphi, Jef. 44. 9. מְהַקְצֵעוֹת Angularia, Ezech. 46. 22. Una in Hagiographis, לְנִיחַ Nifi, Pſal. 27. v. 13. Videantur Interpretes Hebræi, & Tiberiac noſtra cap. 17.

CAPUT VI.

De Notatione Vocum.

ALTERA vocis affectio communis est, *Notatio*, quâ vocis cujuslibet origo aut forma inquiritur: idque vel *Spécie* aut *Figura*.

SPECIES est, quâ quæritur, sitne vox origine suâ prima, an aliunde orta: illa *Primitiva*, hæc *Derivativa* vulgò appellatur.

Primitiva, quæ primæ originis est. Hæc Hebræis dicitur שִׁרָשׁ, id est, *Radix*, quod inde cæteræ voces, ceu rami ex sua radice, oriantur & excrescant: hinc verò literæ Radicem sive primitivam vocem constituentes, vocantur vulgò, *Radicales*: reliquæ illis adjectæ, *Serviles*, quod accidentibus Radicis formandis inserviant. Radix tribus communiter literis constat: ut, אָזִי *Auris*, שמע *Audivit*, תחת *Sub*: Rarò pauciores aut plures habet: ut, לֹא *Non*: בִּגְדָתָר *Malogranatum*: גָּרָסָם *Suffodit*.

Derivativa est, quæ alterius est originis.

Derivatio tribus potissimum modis fit: primò, solâ vocalium Radicis mutatione: ut, מֶלֶךְ *Rex*, à מֶלֶךְ *Regnavit*: אָזִין *Aures advertit*, ab אָזִי *Auris*: עֵבֶר *Cis*, ab עָבַר *Transit*. *Secundò*, literarum aliarum ad Radicem additione: ut, שְׂמוּעָה *Fama*, à שמע *Audivit*: מַמְלָכָה *Regnum*, à מֶלֶךְ *Regnavit*: יוֹמָם *Interdiu*, à יוֹם *Dies*. *Tertiò* literarum radicalium detractio: ut, חַן *Gratia*, à חָנָן *Gratiosus fuit*: עַל *Supra*, ab אֶלָּה *Ascendit*. *Additio* & detractio quandoque in eadem voce concurrunt: ut, מִטָּה *Deorsum*, à נָטָה *Inclinavit*: דּוֹנָה *Donum*, à נָתַן *Dedit*. Literæ ad radicales additæ, aut Radici aliquid conti-

eant, plurali carent: reliqua pluralem etiam admittunt.

Genus Nominum cognoscitur vel ex Significatione vel ex Terminatione.

SIGNIFICATIONE generis masculini sunt,

Nomina propria virorum, יוֹחָנָן *Johannes*, דָּוִד *David*:
Officiorum virilium: מֶלֶךְ *Rex*, פָּחָה *Dux*, שֵׁר *Princeps*,
עֶבֶד *Servus*.

Fluviorum; פִּישְׁוֹן *Pifchon*, פְּרַת *Euphrates*.

Montium; כַּרְמֵל *Carmel*, הַר *Hor*.

Populorum; מִצְרַיִם *Aegyptius*, עִבְרִי *Hebraeus*, אֲשַׁכְּנַיִם *Germanus*, צִרְפָּתִי *Gallus*, סִפְרָדִי *Hispanus*.

Mensium; נִיסָן *Nisan*, Martius, Esth. 3. פ. 7. Neh. 2. פ. 1. ab initio אֲבִיב dictus, Exod. 13. פ. 4. אֵיָר *Ijar*, Aprilis, Rabbinis: priscis Hebræis וָ סִיף *Sif*, 1. Regum. 6. פ. 1. סִיּוֹן *Sivan*, Majus, Esth. 8. פ. 8. תַּמְמוּס *Tammus*, Junius; אֲב *Ab*, Julius, apud Rabbinos: אֱלוּל *Elul*, Augustus, Nehem. 6. פ. 15. תִּשְׁבְּרִי *Tisbri*, September, Rabb. olim etiam Mensis *Ethanim*, dictus, 1. Reg. 8. פ. 2. מַרְחֶשְׁוֹן *Marchesvan*, October, apud Rabbinos, qui olim etiam בּוּל *Bul*, dictus fuit, 1. Reg. 6. פ. 38. כִּסְלֵו *Kislev*, November, Zach. 7. פ. 1. תֵּבֶת *Tebhet*, December, apud Rabb. שֶׁבַט *Schebhat*, Januarius, Zach. 1. פ. 7. אָדָר *Adar*, Februarius, Esth. 3. פ. 7.

Generis femmini sunt,

Nomina propria mulierum; חַוָּה *Chaffa*, Heva, רַחֵל *Rachel*.

Muliebrium officiorum; שֹׁגֵל *Conjux*, אִמָּה *Mater*, מִלְּחָה *Obstetrix*, מַלְכָּה *Regina*, פְּלִגְשָׁה *Concubina*.

Urbium, בָּבֶל *Babel*, שׁוֹמְרוֹן *Schomron*, *Samaria*, יְרִיחוֹ *Jericho*.

Regionum & provinciarum; מִצְרַיִם *Aegyptus*, פֶּרְס *Persia*, מֵדִיָּה *Media*, עֲרָב *Arabia*. Mem-

Membrorum corporis animalis, præsertim geminorum; מַן Manus, רַגַל Pes, יָרֵךְ Femur, זְרוֹף Humerus, זְרוֹעַ Brachium, אוֹז Auris, עֵין Oculus, בְּרֵךְ Genu, לֶחַי Maxilla, quorum tamen quædam generis communis sunt, sed fœminini sæpius.

Generis communis sunt, nomina numeralia à viginti usque ad centum; עֶשְׂרִים Viginti, שְׁלוּשִׁים Triginta, אַרְבָּעִים Quadraginta, חֲמִשִּׁים Quinquaginta, שִׁשִּׁים Sexaginta, שִׁבְעִים Septuaginta, שְׁמֹנִים Octoginta, תְּשַׁעִים Nonaginta.

TERMINATIONE genus secundum literas alphabeti hoc modo cognoscitur. Finita in

א masculina sunt: ut, מָוֹא, מְבוֹא Ingressus, מְבוֹא Pronunciatum, מָוֹא Morus, מְבוֹא Pinguis, מָוֹא Fastuosus, מָוֹא Latuna, מָוֹא Vallis, מָוֹא Funicus, מָוֹא Herbula, מָוֹא Abscondio.

ב masculina sunt: ut, מְבוֹא Viror, מְבוֹא Pytho, מְבוֹא Hyssopus, מְבוֹא Inimicus, מְבוֹא אַרְבַּי Insidie, מְבוֹא Dorsum, מְבוֹא Locusta.

Excipe fœminina: מְבוֹא Gladius, מְבוֹא Nubes: item communia, sed sæpius fœminina: מְבוֹא Ursus, מְבוֹא Platea: מְבוֹא Vespera, semel fœmininum est, aliàs semper masculinũ.

ג masculina sunt: ut, מְבוֹא Textor, מְבוֹא Textura, מְבוֹא Tectum, מְבוֹא Piscis, מְבוֹא Occisio.

ד masculina sunt: מְבוֹא Titio, מְבוֹא Cynosbaton, מְבוֹא Vapor, מְבוֹא Decursus aquarum, מְבוֹא Linum, מְבוֹא Grando, מְבוֹא Turma.

Excipe fœminina; מְבוֹא Paxillus, מְבוֹא Cadus: communia; מְבוֹא Persidia, מְבוֹא Vestis, מְבוֹא Manus, quod tamen sæpius fœmininum est.

ה milrah sive acutitona, fœminina sunt: מְבוֹא Justitia, מְבוֹא Latitia, מְבוֹא Vestis, מְבוֹא Sapientia, מְבוֹא Petitionio, מְבוֹא Navis, מְבוֹא Bellum, מְבוֹא Angustia, מְבוֹא Plaga.

Excipe primo מְבוֹא, quod & מְבוֹא Dux, quod significatione masculinũ est: מְבוֹא Noracula, מְבוֹא Exercitus, מְבוֹא

Cucumerarium, in quibus est ה loco א, ideoque terminatione masculina sunt: Item, שדמה *Ager uredine tactus*: & communia; מאה *Centum*, רצפה *Pavimentum*, מנחה *Munus*, Levit. 6. v. 8. masculinum est, quod propterea notâ criticâ observatum.

Secundo milhel sive penacuta in ה, sed ex superiori forma deducta, per geminationem literæ fœmininæ, ac priori ה mutato in ת, quâ geminatione significationem auferi & quasi geminari, Hebræi asserunt, juxta communem iuanî regulam: כל כפל לחזק הענין: *Omnis duplicatio est ad roborandam significationem*: ut א שועה *Salus*, י שועתה *Salus plena vel omnimoda*: Sic עזרתה *Auxilium plenisimum*, עפיתה *Obscuritas omnimoda*. In his ה postremum possit dici *paragogicum*, ob accentum suo loco manentem, & ejus causâ ה fœmininum mutatum in ת euphoniæ causâ.

Tertio numeralia masculina; שלשה *Tres*, ארבעה *Quatuor*, חמשה *Quinq*, ששה *Sex*, שבעה *Septem*, שמונה *Octo*, תשעה *Novem*, עשרה *Decem*.

ה masculina sunt: ut, שדה *Ager*, מדינה *Possessio*, מענה *Responsum*, מראה *Visio*. Sic גבה *Altitudo*, quod desinit in Pathach loco Sægol, propter gutturalem.

Excipe fœminina; אפעה *Vipera*, ex loco Jefa. 59. גנה *Splendor*, שמונה *Octo*: Item communia; מחנה *Castra*, מטה *Virga*, שׁה *Pecus parva*.

ו masculina sunt: ut, אחו *Pratum*, גו *Corpus*, סתו *Hyems*, צו *Preceptum*, קו *Regula*, שחו *Natatio*, תו *Signum*.

Excipe, שרו *Coturnix*, quod fœmininum est.

ז masculina sunt: ut, ארו *Cedrus*, בו *Præda*, גו *Vellus*, זו *Fera*, חזו *Fulgetrum*, לו *Corylus*, מעו *Robur*.

Excipe Fœmininum; עו *Capra*.

ח masculina sunt: ut, ארח *Viator*, בטח *Educia*,

cia, **בְּרִיחַ** Vectis, **מִזְבֵּחַ** Altare, **זֶבַח** Sacrificium, **אֲדָמָה** Indigena, **מִזְרָח** Oriens, **חֹמַת** Spina, **טֵבַח** Maclatio, **טֵבַח** Coquus.

Excipe communia, sed foemina saepius; **מִצָּח** Frons, **רוּחַ** Spiritus, **אֶרֶץ** Semita, com. gen. Psal. 119. v. 10. foemininum, Prov. 15. 19.

ט masculina sunt: ut, **אֲבָנִיט** Balteus, **חֹט** Filum, **חֶרֶט** Caelum vel stylus, quo aliquid sculpitur, **טִיט** Lutum.

Excipe **שְׁבֵט** Tribus, commune, sed masc. saepius.

י masculina sunt: ut, **חֵלִי** Morbus, **חֵרָה** Ira, **פְּרִי** Fructus, **צִי** Assatura, **נַיִ** Navis, **דִּלִי** Situla.

Excipe foemininū; **לֶחִי** Maxilla, & commune, **אֲנִי** Navis.

ך masculina sunt: ut, **אֲנָה** Libella, **אֲרָה** Longitudo, **מִדְרֹךְ** Vestigium, **הֶלֶךְ** Ambulatio, **מִתְלֶךְ** Iter, **הֶפֶךְ** Contrarium, **חֶךְ** Palatum, **חֶשֶׁךְ** Obscuritas.

Excipe foemininum; **בְּרֶךְ** Genu, & commune, sed foemininum saepius; **דֶּרֶךְ** Via.

ל masculina sunt: ut, **אֲבָל** Luctus, **אֲוִיל** Tentorium, **אֲבִל** Cibus, **אֲפֵל** Caligo, **בְּרֵזָה** Ferrum, **גְּדֵל** Magnitudo.

Excipe foeminina; **אֵל** Cervus, **בַּעַל** Calcens, **רֶחֶל** Oris, **שֶׁנַל** Coniunx, **תְּבֵל** Orbis-habitabilis. Commune est; **יָבֵל** Camelus: Item haec, sed foeminina saepius; **יָבֵל** Annus jubileus, **רֶגֶל** Pes, **שְׂאוֹל** Sepulchrum: **חֶבֶל** cum Tractum significat, etiam genere foeminino usurpatur, ut Sophon. 2. v. 5. aliàs ferè semper masculinum est.

ם masculina sunt: ut, **אֲנָם** Stagnum, **אָדָם** Homo, **אוֹלָם** Porticus, **לְאוֹם** Natio, **אֲשָׁם** Reatus, **גְּזָם** Eruca, **גֹּרָם** Os ossis.

Excipe, **מָא** Mater; quod significatione foemininum est; **עָצָם** Os ossis, quod plerunque foemininum est: masculinum autem reperitur Ezech. 37. v. 7. item Communia; **רְתָם** Juniperus, **פְּעָם** Vice, **תְּהוֹם** Abyssus, quorum tamen posteriora duo saepius foeminina sunt: **לֶחָם** Panis, foem. Genes. 49. v. 20. aliàs semper masculinum est.

Sed ibi alia fœminini consideratio est, ut traditur lib. 2. cap. 1. Reg. 2. Item עץ *Populus*, fœmininum est Jer. 8. v. 5. Jud. 18. v. 7. Jefa. 26. v. 20. & juxta quosdam Exod. 5. v. 16. vide lib. 2. cap. 10. in Enallage generis. Sic שלום juxta quosdam fœmin. est, ut Ab. Efr. notat Jefa. 26. v. 3.

י masculina sunt: ut, בָּחַן *Pollex*, בָּחוּן *Probatio*, עֵדוֹן *Voluptas*, שְׁלֵחַן *Mensa*, חֲשֵׁבוֹן *Supputatio*, שׁוֹשָׁן *Lilium*.

Excipe fœminina; יָבֵן *Lapis*, אֵגוֹן *Crater*, אֶתוֹן *Asina*, בֶּטֶן *Venter*, אֵרֶן *Area*, יְמִין *Dextera*, צֵאן *Pecus parva*, Ovis, צֶפֶן *Septentrio*: item Communia: אֲרוֹן *Arca*, זָקוֹן *Barba*, חֲלוֹן *Fenestra*, שֵׁן *Dens*, עֵינֹן *Oculus*, גִּפְזֹן *Vitis*, לְשׁוֹן *Lingua*, ex quibus tria posteriora sæpius fœminino genere usurpantur; item, קַרְנוֹ *Cornu*, הַמּוֹן *Multitudo*, quæ duo sæpius masculina sunt: מִגְן *Clypeus*, semel fœmininum.

ס masculina sunt: ut, אֶבֶס *Præsepe*, אֶפֶס *Nihilum*, הַדָּם *Myrtus*, הָרֵם *Destructio*, חָמָם *Violentia*, חֶרֶם *Sol*.

Excipe fœmininum; כּוֹס *Calix*.

ע masculina sunt: ut, רְבַע *Quarta-pars*, רֵנַע *Momentum*, רִקְיָע *Expansum*, רִשָּׁע *Improbitas*, שַׁבַּע *Saturitas*, שִׁמְעָה *Rumor*.

Excipe fœminina: אַרְבַּע *Quatuor*, שֶׁבַע *Septem*, תִּשְׁעָה *Novem*, אֲזוּרָע *Brachium*, אֶצְבָּע *Digitus*: & Communia: אֶצְעָה *Substructio*, זְרוּעָה *Brachium*, quod tamen sæpius fœmininum est.

ף masculina sunt: ut, אִירָה *Ira*, אֶסְפָּה *Collectio*, אֶגְרוֹף *Pugnus*, דְּלִילָה *Stilla*, חֲזִיפָה *Hypocrisis*, חֵימָה *Hyems*.

Excipe commune sed sæpius fœmininum; אֶלָּה *Ala*, 2. Paralip. 3. v. 12.

צ masculina sunt: ut, אֶמְצָה *Fortitudo*, צֶבֶן *Cenum*, חוֹצֵה *Platea*, חֶמֶץ *Acetum*, חֶפֶץ *Desiderium*.

Excipe, אֶרֶץ *Terra*, generis communis, sed fœminini sæpius. ק ma-

ק masculina sunt: ut, בִּדְק Rima, בִּזְק Fulgur, בִּקְבוֹק Lagena, בִּרְק Fulgur, שֶׁק Saccus, אֲבֵק Pulvis.

Excipe, שׁוֹק Armus, Crus, quod fœmininum, i. Sam. 9. §. 24. At Exod. 29. §. 22. videtur esse masculinum, sed ibi elliptica locutio. Nam שׁוֹק יְמִין pro שׁוֹק יְמִין Ar-mum dexteri lateris.

ר masculina sunt: ut, אֲבַר Ala, אֲפַר Cinis, עֲפַר Pulvis, עֶשֶׂר Divitia, פֶּאֶר Ornatus, קִישׁוֹר Fumus.

Excipe Fœminina: אֲשׁוֹר vel אֲשַׁר Incessus, בְּאֵר Putens, עֶשֶׂר Decem, כֶּבֶר Talentum vel planities: & Communia; סִיר Olla, שְׂמִיר Sentis, תַּעַר Novacula, גֶּדֶר Maceria, חֶצֶר Atrium, עִיר Civitas, צִפּוֹר Volucris, ex quibus tamen posteriora sæpiùs fœminina sunt: חֲמוֹר semel fœmin. est, 2. Sam. 19. §. 26. aliàs masc.

ש vel שׁ masculina sunt: ut, אֲנוּשׁ Homo, אִישׁ Vir, בְּאֵשׁ Fœtor, בְּרוּשׁ Abies, מְגִרָּשׁ Suburbium, מְדַרָּשׁ Commentarius.

Excipe fœminina; עֵישׁ Arcturus, עֶרֶשׁ Sponda, פִּילֵנֶשׁ Uxor-Concubina, בֶּרֶשׁ Venter, quod apud Rabbinos fœmininum. Communia; שֶׁמֶשׁ Sol, אֵשׁ Ignis, נַפֶּשׁ Anima, quæ & ipsa sæpiùs fœminina sunt: שְׁלֹשׁ Tres, חֲמִישׁ Quinque, שֵׁשׁ Sex.

ת servile, fœminina sunt: ut, מְלָכוֹת Regnum, אֱמֶת Veritas, דְּעִת Scientia, תְּפִאֲרֹת Decus, גְּפִרִית Sulphur, מְכַמֶּרֶת Rete, תְּבִנִית Exemplar, שְׁבוּת Captivitas, רֶשֶׁת Rete, si à דֵּשׁ deducatur: בְּרִית Fœdus, à בְּרָה derivatum. Huc referenda; זְמֵרֶת Cantio, מְנַת Portio, תְּהִלַּת Laus, עֲזָרֶת Auxilium, & similia, in quibus ת est loco ה pro זְמֵרָה.

Excipe, דְּמוּת Similitudo, quod masculinum est.

ת radicale, masculina sunt: ut, אֶת Ligo, בַּיִת Domus, זַיִת Olea, זֶרֶת Palmus, חַת Confernatio, מוֹת Tufum, מוֹרֶת Mors, מִפֶּת Portentum, מְשַׁבֵּת Cessatio, נֶפֶת Favus, עֲבִית Con-tortum, עֲמִית Socius, שִׁית Vepretum, שִׁית Ornatus.

Excipe fœminina; פֶּת *Frustum*, סֵלֶת *Simila*: Communia, quæ tamen sæpiùs fœminina sunt; עֵת *Tempus*, אֹת *Signum*, קֶשֶׁת *Arcus*, נְחֹשֶׁת *Aes*, דֶּלֶת *Janua*, שְׁלֹשֶׁת *Tres*, שַׁבַּת *Sabbathum*.

Cæterùm in animalium & volucrum nominibus, uterque sexus ferè unico genere comprehenditur, (quod vulgò *Ἐπιμαθρον* *Epicœnum* vel *Promiscuum* vocant,) ut docet Kimchi in Michlol fol. 192. *Ἐπιμαθρον* itaque est vel masculinum tantùm: ut בָּקָר *Armentum*, חֲזוּי *Sus*, כֶּלֶב *Canis*, נֶשֶׁר *Aquila*, עוֹף *Volatile*, צִבְּבֹר *Mus*, עֵיט *Avis*, שֵׁפֶן *Cuniculus*: vel fœmininum tantùm: ut, אֲרֻנָּה *Lepus*, דֵּיה *Milvus*, חֲסִידָה *Ciconia*, יַעֲנָה *Ulula*. Quædam communis generis sunt: ut, גַּמֶּל *Camelus*, רֵב *Ursus*, צֹאן *Ovis*, שֶׁה *Pecus*, צִפּוֹר *Passer*. Ad sexum distinguendum semel additas reperias voces זָכָר *Masculus*, & נְקֵבָה *Fœmina*: ut זָכָר *עוֹיִם* *Hircum caprarum masculum*, *Levit. 4. vers. 23.* & נְקֵבָה *עוֹיִם* *Capram caprarum* (id est, capram lactentem) *fœminam*, *ibid. vers. 28.*

Porrò Nomen est vel *Proprium*, vel *Appellativum*.

Proprium est, quod uni soli convenit; ut אַבְרָהָם *Abraham*, *Isaac*, *David*, &c. Huic quatuor attribuunt proprietates: 1. non flectitur in numerum pluralem. 2. nunquam ponitur in regimine seu constructione. 3. non præponitur ei *He hajediah*: 4. nullum ab eo derivatur Verbum.

Appellativum, quod pluribus convenit; estque vel *Substantivum* vel *Adjectivum*.

Substantivum est nomen generis unius vel communis, propriè sub una terminatione: ut, סֶפֶר *Liber*, סְפִרָה *Scriptura*, קֶסֶת *Atramentarium*, מְקוֹם *Locus*. Quædam tamen in alterum etiam genus moventur, maximè ob sexus differentiam; ut אִישׁ *Vir*, אִשָּׁה *Virg*, גִּבּוֹר

גביר Herus, גבירה Hera, דג Piscis, דגה Piscis-fœmina: מלך Rex, מלכה Regina, כבש Agnus, כבשה vel כבשה Agna, in quibus postremis motio utrumque Sægol in Scheva mutat, cujus prius transit pro more in Chirek vel Pathach.

Excipe pauca, quæ non in ה fœmininum, sed paragogicum moventur, quod cognoscitur ex accentu in penultima manente: ut, לילה Nox, ביתה, בית Domus: מותה, מות Mors.

Adjectivum est nomen generis duplicis, sub duplici terminatione, hoc est, quod è masculino movetur in fœmininum: ut, טוב Bonus, טובה Eona.

Motio in fœmininum genus, masculini formam persæpè mutat.

Kametz penultimæ syllabæ, regulariter transit in Scheva: ut, גדול Magnus, גדולה Magna. Excipe; בוגדה Prevaricatrix, Jerem. 3. v. 4. quod servat Kametz præter normam: item Masculina in ה desinentia, quæ Kametz penultimæ syllabæ retinent, ut mox videbitur. Ultimæ syllabæ manet: ut, חכמה Sapiens, חכמה Sapiens illa.

Excipe, קטן Parvus, קטנה Parva:

Tzere ultimæ syllabæ, si nullum Kametz præcesserit, similiter mutatur in Scheva: ut, צורה Coæcus, צורה Caeca: בוגד Prevaricator, בוגדה Prevaricatrix. Præcedente Kametz manet.

Sægol cum sequente ה per contractionem tollitur, unde Kametz penultimæ syllabæ manet: ut, יפה Pulcher, יפה Pulchra: רוח Irriguus, רוחה Irrigua.

In י desinentia, moventur in ה & in ית: ut, שני Secundus, שניה & שנית Secunda: תחתית Inferior, תחתית & תחתית Infima: מצרי Aegyptius, מצרית Aegyptia.

Adjectivis plerisque, quorum scil. significatio augei

potest, accidit *Comparatio*. At ea hîc non fit diversâ adjectivi flexione, sed locutione periphrasticâ, ideoque ad conjuncti sermonis rationem pertinet: vide lib. 2. cap. 3.

CASUS est diversa Nominis terminatio: estque sextuplex in utroque numero, Nominativus, Genitivus, Dativus, Accusativus, Vocativus, Ablativus. At hîc solus Nominativus pluralis à Nominativo singulari, distinctâ terminatione differt: reliqui casus non diversis terminationibus, sed ex structura sermonis & rectione Syntacticâ distinguuntur, non secus atque casus quidam similes apud Latinos, ut Genitivus & Dativus in æ, Dativus & Ablativus quarundam declinationum; tres casus similes Nominum neutri generis, & alii, quos sola Syntaxis discernit. Unde Seneca lib. 5. Nat. q. cap. 17. scribit: *Casus sex dicimus, non quia omne Nomen sex recipit, sed quia nullum plures quam sex.* Neque etiam notas certas vel articulos habent, quibus accuratè distingui possint. Qui vulgò pro articulis habentur, incerti sunt. ך cum Pathach, sequente Dagesch, omnibus casibus præfigitur, nunc ex communi linguæ usu, nunc ad emphasin, quomodo ab Hebræis appellatur הַ הַ הַ הַ הַ הַ He *notitiæ*, vel notificationis, quòd significatum quasi notius reddat, aut ostendat rem significari notam, certam & determinatam. ך præfixum communiter Dativum designat, quandoque Genitivum possessoris, quandoque alium usum habet, ut in Syntaxi plenius cognoscetur. ך communiter Accusativum notat: sæpè etiam Nominativum, non rarò aliud significat, quod similiter Syntaxis explicabit. Vocativus aliquando designatur per ה ut; הַ אֲדֹנָי הַ שָׁמַיִם Audite o cæli &c. Ablativus hîc æquè sæpè & certò ex præceden-

דְּבַר *Verbum*, דְּבָרִים *Verba*, לְדַבְרִים *Verbis*.

חַסִּיד *Beneficus*, חַסִּידִים *Benefici*.

סֵפֶר *Liber*, סֵפָרִים *Libri*.

מֶלֶךְ *Rex*, מְלָכִים *Reges*. Hujus formæ sunt נֶגַע *Plaga*, פֶּתַח *Ostium*; & similia, quæ pro posteriore Sægol habent Pathach, propter ultimam gutturalem: item נֶעַר *Puer*, טַעַם *Ratio*, & similia, quæ pro utroque Sægol habent duplex Pathach, propter mediam gutturalem: Hinc pluralis, נֶגַעִים *Plagæ*, טַעַמִּים *Rationes*.

Excipe à Kametz; שְׁלִישִׁים à שְׁלִישׁ *Tribunus*, quod retinet Kametz ad differentiam שְׁלִישִׁים *Triginta*: item שבועות שבוע à שבוע *Septimana*, quod similiter servat Kametz ad differentiam שבועים & שבועות à fig. שְׂבוּעַ *Juratus*.

Jod sæpè excidit ex terminatione plurali: ut, תַּנִּינִים *Dracones*, Deut. 32. v. 33. תְּמוּיִם *Integri*, Levit. 9. v. 2.

Quædam flectuntur in ךְּ formâ Chaldaicâ: ut, אַחֲרָיו *Alii*, Job. 31. v. 10. אִיִּם *Insule*, Ezech. 26. v. 18. חֲטִיִּין *Tritica*, Ezech. 4. 9. חַיִּין *Vita*, Job. 24. 22. יָמִין *Dies*, Dan. 12. v. 13. מְלָיוֹ *Sermones*, Job. 12. v. 11. מְלָכִין *Reges*, Prov. 31. 3. אֲצִירָיוֹ *Acervi*, Mich. 3. 12. רָצִין *Cursores*, 1. Reg. 11. v. 13. שְׂמֹנִין *Tridonii*, 1. Reg. 11. v. 33. שְׂמֹנִין *Desolata*, Thren. 1. v. 4.

Irregularia planè sunt quædam, quæ desinunt in ךְּ - pro ךְּ: ut, גֹּבִי *Locusta*, Nah. 3. v. 7. הָרִי *Montes*, Zach. 14. v. 5. חֲלוֹנֵי *Fenestra*, Jer. 22. v. 14. חֹרֵי *Alba opera*, Jesa. 19. v. 9. חֲשׂוֹפֵי *Retecti*, Jesa. 20. v. 4. סוֹרֵי *Recedentes*, apostate, Jer. 17. v. 13. שְׂדֵי *Agri*, Hof. 10. 4. שָׂרֵי *Principes*, Jud. 5. 15. מַנִּי *Manus*, Ezech. 13. v. 18. Hæc paraphrastes Chaldæus per pluralia semper explicat. R. Salomon Jesa. 20. v. 4. scribit ' esse paragogicum sive de superfluo, ac proinde singularia. Aben Esra, Hof. 10. 4. שְׂדֵי vult esse pro שְׂדֵיהֶם, quod probat ex alio loco, ubi structura

tura singularem numerum aperte arguit, nempe יֵצֵא Exultet ager, & quicquid in eo est, Psal. 96. vers. 12. Chaldæus etiam hinc singulariter transfert. At Nah. 3. 17. גִּבּוֹי pluralis numeri est.

Cholem penultimæ syllabæ, sequente Sægol aut Pathach, mutatur in Scheva: ut, קַמָּץ Pugillus, קַמָּץ Pugilli. רְתָם Juniperus, רְתָמִים Juniperi: רֶמַח Lancea, רֶמַחִים Lanceæ: פְּעָלִים Actiones: vel in Chateph-kametz sub gutturali, loco Scheva: ut, אֹהֶל Tabernaculum, אֹהֶלִים Tabernacula: חֶמְרִים Acervus, חֶמְרִים Acervi: חֹדֶשׁ Mensis, חֹדֶשִׁים Menses. His simile; קִדְשִׁים Sanctitas, קִדְשִׁים Sanctitates: nam Scheva compositum quandoq; etiam aliis, quàm gutturalibus subjici, suprà dictum est. Hinc tamen etiam est קִדְשִׁים cum Kametz lato, ut Kimchi loquitur, unde adjunctum habet Metheg: sic שְׂרָשִׁים Radices. Aliàs in penultima ferè semper manet: ut, כּוֹכַב Stella, כּוֹכָבִים Stella. Sic ab אֹהֶל dicitur etiam אֹהֶלִים Tabernacula, Genes. 25. v. 27.

Quæ Pathach in penultima habent, sequente Chitek, (at non intercedente Dagesch) variant: à זֵיתִי Oliva, est זֵיתִים Olive: à חֵילִי Exercitus, חֵילִים Dan. 11. vers. 10. sic à תֵּישׁ est תֵּישִׁים Hirci, Genes. 30. v. 35. צִיר Pullus, צִירִים Pulli, Jud. 10. v. 4. Hanc formam semel imitatur, עִיר Civitas, unde, עִירִים Civitates, Jud. 11. v. 4. quod aliàs semper habet עִירִים. A בַּיִת Domus, est בַּתִּים pro בָּתִּים.

Formam נֶעֶר vide antè in forma מֵלֶךְ.

Ultima syllaba singularis numeri, quandoque etiam speciales affectiones habet.

Kametz interdum convertitur in Pathach & Dagesch: ut, רוֹטָא Rota, רוֹטָא Rota. Hanc formam sequuntur; גַּמְלָא Camelus, זְמַן Tempus, קָטָן Parvus, שְׂפֹן Mus-

Mus-montanus, שֶׁאֲנִי Tranquillus. Ex hac forma quoque est plurale, מְעַמְקִים Profunditates, Psal. 130. 1. Ast à מוֹרָגְ מוֹרָגִים Tribula, 2. Sam. 24. v. 22.

Sic & monosyllaba quædam: ut, יָם Mare, יַמִּים Maria: חָם Calidus, חֲמִים Calidi. Ab אַח est אחִים Fratres. Alia Kametz retinent: ut, דָּם Sanguis, דָּמִים Sanguines. Sic; דָּג Pifcis, זָר Alienus, יָר Inimicus, עָב Nubes, יָר Hostis, רָע Malus, רָשׁ Pauper, רָם Excelsus, שָׂר Princeps.

Pathach in quibusdam assumit Dagesch: ut, הָדִם Myrtus, הָדָסִים Myrti: אָגַם Stagnum, אָגָפִים Stagna. Sic; אָתָנִי Merces meretricia, מְשַׁבַּת Cessatio, מְשַׁמֵּן Pinguedo, & alia. Monosyllaba: ut, דָּל Tenuis, דָּלִים Tenues. Sic, אָצֵר Acer-vus, גָּן Hortus, רַב Multus, עָץ Populus. Duo per Kametz, propter ejectum Dagesch: הָר Mons, הָרִים Montes: פָּר Juvencus, פָּרִים Juvenci. Excipiuntur; פַּת, אֶד, פַּס, סָף, unde סָפִים, & sic reliqua.

Tzere non præcedente Kametz, mutatur in Scheva: ut, עוֹר Cæcus, עוֹרִים Cæci: חֵרֶשׁ Surdus, חֵרְשִׁים Surdi, ubi prius Tzere manet, quia est loco ejecti Dagesch ex ר. Sic, עָלֵב Balbus, עָקָשׁ Perversus, פְּסוּחַ Claudus, רַכֵּב Eques, מוֹעֵד Solennitas. Excipiuntur quædam, quæ Tzere retinent: ut, שֹׁמֵם Defolans, שֹׁמְמִים Defolantes: זֶאֵב Lupus, זֶאֵבִים Lupi: מְקַהֵל Congregatio, מְקַהֲלִים Congregationes.

Tzere præcedente Kametz manet. Excipiuntur tamen quædam à verbis Defectivis secundâ derivata, quæ illud in Chirek & Dagesch convertunt: ut, מִגֵּן Clypeus, מִגְּנִים Clypei: Sic monosyllaba quædam, חֶצֶץ Sagitta, חֲצִצִּים Sagittæ: נִידִן Nidus, נִידִים Nidi: At à בֵּן est בְּנֵי Liberi. Quædam analogæ sunt: ut, זָד Superbus, זָדִים Superbi: sic; גֵּר Peregrinus, אֶרְבּוֹר Arbor.

Cholem manet. Quædam illud euphoniæ causâ convertunt in Kibbutz & Dagesch: ut, אֲדוּם Rufus, אֲדוּמִים

אָדָם *Rufi*. Sic, חַרְטוּם *Magus*, נֶקֶד *Punctatum*, נִילֵדוּס *Nildus*, קַרְדוּם *Securis*, עֶקוּד *Cruribus-varium*, עֶמוּק *Profundum*. Sic & ex monosyllabis quædam: ut, תַּפִּים à תַּם *Perfectio*: חֻקִּים *Statuta*, à חֻק. Excipe; יוֹם *Dies*, יָמִים *Dies*: ראֵשׁ *Caput*, רֵאשִׁים *Capita*: שׁוֹר *Bos*, שׁוֹרִים *Boves*: חֹחַ *Spina*, חֹחִים & חוּחִים *Spine*: אָנוּשׁ *Homo*, אַנְשִׁים *Homines*. אֶצוּר *Avis*, אֶצְפָּרִים & צְפָרִים *Aves*.

Schureck in Kibbutz & Dagesch: ut, חֲרוּל *Urtica*, חֲרוּלִים *Urtica*. Sic; אַמְצִים, בְּרָדִים. At à שׁוֹק *Platea*, שׁוֹקִים *Platea*: דוּד *Canistrum*, דוּדִים & דוּדִים *Canistra*: ut antea quædam in Cholem. At, שְׁקוּי *facit* שְׁקִים *Hof. 2. v. 5.* & שְׁקִים *Potiones*, Pſal. 102. v. 10.

Terminatio הַ à singulari abjicitur, unde præcedens vocalis quæcunque manet: ut, יֶפֶה *Pulcher*, יֶפֶים *Pulchri*: רֵעֵה *Amicus*, רֵעִים *Amici*.

Terminatio ךְּ similiter abjicitur: ut, יְהוּדִי *Judeus*, יְהוּדִים *Judei*: נִכְרִי *Alienus*, נִכְרִים *Alieni*: חֶפְשִׁי *Liber*, חֶפְשִׁים *Liberi*: צֵי *Navis*, צֵים *Naves*: Numer. 24. v. 24. à quo & regulariter est צֵים *Dan. 11. v. 30.* מִצְרִי *Aegyptius*, מִצְרִים *Aegyptii*. Quædam regulariter flectuntur: ut, נָקִי *Innocens*, נָקִיִּים *Innocentes*: Sic, עָנִי *Pauper*, עֲצִי *Acervus*, אִי *Insula*. Excipe, נֶלֶךְ *Vas*, unde נֶלֶכִים *Vasa*. Quædam commutant Chirek in Kametz, Jod servato: ut, הֶדֶי *Hædi*, הֶדֶיִם *Ornamentum*, הֶדֶיִם *Ornamenta*: Ezech. 16. v. 7. שְׁפִי *Clivus*, שְׁפִיִּים *Clivi*, Fer. 3. v. 21. חֲלִי *Infirmetas*, חֲלִיִּים *Infirmetas*. 2. Paral. 21. 15. פְּתִי *Simplex*, פְּתִיִּים & פְּתִיִּים & פְּתִיִּים *Simplex*: צִבִּי *Caprea*, צִבִּים & צִבִּים & צִבִּים, 1. Paral. 12. v. 8. חֲלִי *Ornamentum*, חֲלִיִּים *Cant. 7. v. 1.* לֵבִיא *Leo*, לֵבִיִּים *Leones*.

Dualis numerus hîc à singulari numero flectitur in םִ mutatis ferè vocalibus, ut in plurali: ut, יוֹם *Dies*, יוֹמִים *Duo dies*, Exod. 21. v. 21. נַפִּי *Nasus*, נַפִּים *Nares*: שֵׁן *Dens*, שְׁנַיִם *Dentes*: ubi dualis forma adhibetur ob binos ordi-

אוֹר	Signum,	אֶתוֹר	Signa.
אֵזֶן	Crater,	אֵנְוֹר	Crateres.
חֶרֶב	Gladus,	חֶרְבוֹת	Gladii.
יָמֵד	Clavus,	יָתְדוֹת	Clavi.

Cholem penultimæ syllabæ mutatur ut in prima declinatione: ut, אֵרֶז *Area*, גִּרְנוֹת *Area*, אֶרֶח *Semita*, אֶרְחוֹת *Semite*.

Terminatio ה à singulari abjicitur: ut,

צִדְקָה	Justitia,	צִדְקוֹת	Justitie.
בְּהֵמָה	Bestia,	בְּהֵמוֹת	Bestie.
מְדִינָה	Provincia,	מְדִינוֹת	Provincie.

Quæ in ת desinunt, duplici Sægol aut Pathach antecedente, prius commutant in Kametz, alterum cum ipso ת abjiciunt: ut, עֲטָרֶת *Corona*, עֲטָרוֹת *Corone*, אֶמְתַּחַת *Saccus*, אֶמְתַּחוֹת *Sacci*, לְהַבֵּת *Flamma*, לְהַבוֹת *Flamma*: cui similia, בְּהַרוֹת *Macule*, גְּחָלוֹת *Prune*, cum Sægol ab initio, propter sequentem gutturalem cum Kametz. At, אֲדַמְדָּמֹת *Subrubida*, plur. אֲדַמְדָּמוֹת, *Levit. 13. 37*. Sic יִרְקָקֶת *Subvirides*, ibidem, cujus singulare possit esse יִרְקָקֶת.

Cholem ante Sægol in hac forma potest manere, aut in Chatephkametz mutari: כְּתָנֶת *Tunica*, כְּתָנוֹת *Tunicæ*.

Kametz prius in bisyllabis in ה finitis manet: ut קַמֶּה *Seges*, קַמּוֹת *Segetes*: צָרָה *Angustia*, צָרוֹת *Angustie*. Excipitur unum, quod retinet ה, unde posterius Kametz manet, prius mutatur: ut, אֲמָה *Ancilla*, אֲמָחוֹת *Ancille*. Quædam commutant ה in ו: ut, קֵצָה *Extremitas*, קֵצוֹת *Extremitates*, *Exod. 38. v. 5*. sic, קִשּׁוֹת *Scutellæ*, *Exod. 37. v. 16*.

לְשֹׁכָה *Cubiculum*: Plural. לְשֹׁכוֹת, juxta formam צִדְקָה. Primâ gutturali, אֲמָרָה *Sermo*, אֲמָרוֹת *Sermones*. Hanc præterea formam sequuntur: נֹבֵעָה *Collis*, דְּמָעָה *Lachryma*, שְׂמֹחָה *Latitia*, מְנוּחָה *Munus*, שְׂפָחָה *Ancilla*, שְׂמֹלָה *Vestis*,

בְּקִישָׁה Vallis, בְּבִישָׁה Agna, שְׁלֵמָה Vestimentum, נַעֲרָה Puella, טֹרְבוֹ Turbo, חֶלְקָה Pars, חֶרְפָּה Probrum, עֲבָרָה Indignatio, עֲרִיבָה Plaustrum, quæ postrema habent Sægol aut Patach propter gutturalem. Quædam servant communem formam: ut, à מַצּוֹת est מִצְוֹת Præcepta, מִרְאֵה Visio, מִרְאוֹת Visiones: מִרְמָה Dolus, מִרְמוֹת Doli: מִזְחָתָה Thuribulum, מִזְחָחוֹת Thuribula.

Cholem ultimæ syllabæ manet: ut à זְכָרוֹן, dicitur, זְכָרוֹת Ab אֲרָמוֹן tamen legitur אֲרָמְנוֹת.

Hæc variant: מַלְכוּת Regnum, מַלְכוֹת Regna, cui simile אֲשָׁפוֹת Cella, Jer. 37. 16. אֲחוֹת Soror, אֲחוֹת Sorores: אֲשָׁפוֹת Stercor, אֲשָׁפוֹת Stercora: עֵיִן Fons, עֵינֹת Fontes: גַּיָּא vel גַּיָּא Vallis, plur. גַּיָּאוֹת, גַּיָּאוֹת 2. Reg. 2. 16. בֵּירָה Palatium, בֵּירָה Palatia: 2. Paral. 17. v. 12. מִנְּהָה Pars, מִנְּהָה מְנוֹת, מְנוֹת מְנוֹת, מְנוֹת Parties.

Quædam assumunt Dagesch: אִם Mater, אִמוֹת Matres: פִּת Frustrum, פִּתוֹת Frustra: גֵּת Torcular, גֵּתוֹת Torcularia:

Dualis numerus hic imitatur formam masculinorum: ut, יָרֵךְ Femur, יָרְכִים Femora: יָד Manus, יָדַי Ambæ manus: עֵינֹת Oculus, עֵינַי Ambo oculi: אָזְנוֹ Auris, אָזְנוֹי Ambo aures: בְּרֵךְ Genu, בְּרָכַי Genua: רֶגֶל Pes, רַגְלַי Pedes: כָּנַף Vola, כָּנָפַי Vole: כָּנַף Ala, כָּנָפַי Ala, & pluraliter כָּנָפוֹת.

Quæ in הֵה definunt, commutant הֵה in תֵה: ut, שִׁפְהָ Labium: שִׁפְתַי Labia: יָרֵכָה Femur, יָרְכָתַי Femora: Exod. 26. 23. אַמְּהָ Cubitus, אַמְּתַי Cubiti duo, Gen. 25. 10. שְׁנֵה Annus, שְׁנַתַי Anni duo, Amos 1. v. 11. מֵאָה Centum, מֵאֹתַי Ducenta, Genes. 32. v. 14. אֵת חֲמַתַי Muri duo, Jesa. 22. 11. formam habet ex plurali & duali compositam, à singul. חֲמַתַי. Sic לְחֵמַי Due tabule, Ezech. 27. 5. לְחֵמַי Due myriades, Psal. 68. 18. אֵת לְחֵי Maxilla, לְחֵי Maxilla due, Deut. 18. 3. pro Chirek habet * ex formâ in pluralibus antè annotatâ.

ANOMALIÆ. Singularia tantum sunt,

Nomina propria: רַחֵל Rachel: שַׁמְרוֹן Samaria.

Metallorum: עֵפֶרֶת Plumbum, נְחָשֶׁת Chalybs.

Item plurima alia: ut, גַּפְרִית Sulphur, בְּרִית Smegma, יְלֻדוֹת Juventa, & alia.

Anomalie declinationum. Quaedam primæ declinationis, flectuntur ad formam secundæ, hoc est, quaedam masculina more foeminarum: ut, אָב Pater, אֲבוֹת Patres: אוֹצֵר Thesaurus, אוֹצְרוֹת Thesauri. Huc pertinent, אוֹב Pytho, אֲשָׁבוֹל Botrus: אֶרְמוֹן Palatium, בֶּהוּ Pollex, בּוֹר Cisterna, גֵּג Tectum, גּוֹרֵל Sors, דֵּר Aetas, דִּרְבּוֹן Stimulus, זָנָב Cauda, חֹזֶה Pectus, חִלּוּם Somnium, חֶשְׁבוֹן Supputatio, טַפּוּחַ Palmus, כֶּסֶף Solium, לוח Tabula, לַיִל vel לַיְלָה Nox, מִזְבֵּחַ Altare, מוֹלָג Tridens, מֶטֶר Pluvia, מִסָּב Circuitus, מַעְשֵׁר Decima, מִצַּד Arx, מְקוֹם Locus, מַקֵּל Virga, נֵאֵד Uter, נוֹה Habitaculum, נֵר Lucerna, עֹר Pellis, עֶפֶר Pulvis, עֵשֶׂב Herba, צָבָא Exercitus, צְרוּר Loculus, קוֹל Vox, קִיר Paries, קָרֵב Prelium, רוּחַ Spiritus, רְתוּקָה Catena, שׁוֹר Murus, שֹׁפָר Tuba, שְׁלֶחַן Mensa, שֵׁם Nomen, שֶׁשׁ Sol, שֵׁת Nates: תְּהוֹם Abyssus, quod commune est, ut & alia nonnulla.

Quaedam foemina flectuntur ad formam masculinorum: ut, אֵלֶּה Quercus, אֵלִים Robora: שְׁבִילַת Spica, שְׁבִילִים Spica: שְׁבוּת vel שְׁבִית Captivitas, plural. שְׁבִיתִים Captivitates, זְנוּת Scortatio, plural. זְנוּתִים. Huc pertinent, בִּיצָה Ovum, גְּחֵלֶת Pruna, דְּבִלָּה Palatha-siccum, דְּבִרָּה Apis, דֵּת Lex, זְמוּרָה Palmes, חֲטָה Triticum, חֲשֵׁכָה Obscuritas, יוֹנָה Columba, יַעֲנָה Ulula, כַּד Cadus, כֶּסֶמֶת Spelta, לַתֵּר Later, מְלָה Dictio, נְסִלָּה Formica, סָטֵם Saturnus, שְׁעָרָה Hordeum, פְּשֵׁתָה Linum, פֶּת Frustum, שֵׁטָה Cedrus, תְּאֵנָה Ficus. Sic plurale tantum: נְשִׁים Mulieres.

Ab עִיר Civitas, est עִירִים Civitates, & semel עִיר.

Quaedam utroq; modo flectuntur: Ex masculinis;

הַיְכָל Palatium, הַיְכָלוֹת & הַיְכָלִים Palatia. Sic אֶרֶץ vel אֶרֶץ אֵלֶּיךָ Leo, נֶגַע Eminentia, זֶבַח Sacrificium, זְכוֹרֹן Memoria, יוֹם Dies, יַעַר Sylva, כַּיִּיִר Concha, לֵבַב Cor, מְאוֹר Lumen, מְבִצָּר Munitio, מִגְדָּל Turris, מְזִרְקָה Pelvis, מְכַאֵב Dolor, מְשָׁבֵן Habitaculum, מְשַׁבֵּב Cubile, מְעִיֵן Fons, סָף Limen, עֲבוֹת Densum, עוֹן Iniquitas, עֲקָב Vestigium, פְּרֻץ Ruptura, צוּאֵר Collum, קֶבֶר Sepulchrum, סֶעִרִּים Securis, שָׂדֵה Ager, שׁוֹפָר Buccina. Ex foeminis: Terror, אִימֹת & אִימוֹת Terrores: Sic בְּכוֹרָה Primitivum, מְנִיפֵל Manipulus, אִשְׁרָה Lucus, חֲצַיִר Atrium, חֲנִית Hastā, בְּתוּף Humerus, תַּלְתוּם Talentum, עָבִיב Nubes densa, &c. Ex communibus: דוֹר Aetas, plur. דוֹרִים & דוֹרוֹת Aetates. Sic זְרוּעַ Brachium, חֲלוֹן Fenestra, מַחֲנֵה Castra, מַטֵּה Virga, עֵצֶם Os, עֵת Tempus, &c. alia.

Quaedam etiam in dualem & pluralem flectuntur: ut עֵינַי Oculus, FONS, עֵינַיִם & עֵינֹת & יוֹם Dies, יוֹמִים & יוֹמִים. Item, כַּנְפֵי Ala, כַּנְפֵיִם & כַּנְפוֹת Ala.

Aliquando forma masculina & foeminina in unā voce concurrunt: ut מְרִאשְׁתֵּי שְׂאוֹל A cervicalibus Saulis, 1. Sam. 26. 12. עֲלֵפוֹת Excelsa, Deut. 32. 13. עֵשָׂה, 14. 14. pro עֲלֵפוֹת. Similia fuerunt supra, in Duali.

CAPUT XI.

De Pronomine.

PRONOMEN est, quod vice Nominis ponitur. Est enim secundarium quoddam Nomen, occulte Nomen antecedens referens. Hinc Pronomina Hebræis dicuntur כְּנוּיִם Cognomina, quod Nominis principalis sint aliud quoddam cognomen. Casuum distinctionem & declinationem cum Nominibus communem habent, sed peculiari anomalîā, ut in aliis linguis.

Prono-

Pronomina sunt vel *Separata*, (Hebr. נפרדים) vel aliis vocibus *Coniuncta*, (Hebr. מחברים) sive *Separabilia* & *Inseparabilia*.

Separata, quæ separatam dictionem constituunt: suntque vel *Integra* vel *Defectiva*. *Integra*, quæ genere & numero distinguuntur: suntque tria, tres personas indicantia:

Plur.		Sing.		
Nos	נַחֲנוּ v. נִנְחֲנוּ	Ego	אֲנִי v. אֲנִי	c. 1. pers.
Vos m.	אַתֶּם	Tu masc.	אַתָּה	} 2. pers.
Vos f.	אַתֵּן	Tu fœm.	אַתְּ	
Ipsi m.	הֵם	Ipsæ	הֵן m.	} 3. pers.
Ipsæ f.	הֵן	Ipsa	הֵיאָ f.	

Quomodo accentus quorundam formam mutant, vide lib. 2. cap. ultimo.

Irregulariter scriptum reperitur אֲנִי Jer. 42. 6. quod ex Masoretharum observatione juxta puncta vocalia legendum, אֲנִי, at juxta consonas, אֲנִי, quomodo Kimchi legit in Michlol fol. 262. נַחֲנוּ per Aphæresin ter reperitur, ut legitur in Masora Gen. 42. 10.

אַתָּה cum הָ semper est, ad differentiam formæ fœmininæ: at quinquies absque הָ scriptum reperitur, ubi Masorethæ הָ restituerunt, & legendum notarunt אַתָּה. Loca ab illis numerantur Eccles. 7. 23. reliqua sunt, Job. 1. 10. Nehem. 9. 6. 1. Sam. 24. 9. Psalm. 6. 4.

אַתָּה. Quinquies reperitur scriptum אַתָּה cum redundantante, & legitur אַתָּה, nempe 1. Reg. 14. 2. 2. Reg. 4. 16. 23. & 8. 1. Ezech. 36. 13. Addit masora, unum esse אַתָּה Jer. 4. 30. Ego & alterum reperi, Jud. 17. 2. Ter etiam legitur אַתָּה pro אַתָּה, nempe Num. 11. 15. Deut. 5. 27. Ezech. 28. 14.

אַתָּה cum הָ paragogico אַתָּה.

הוּא. Reperitur והוא והיא 1. Reg. 17. ψ. 15. ubi juxta literas legendum fuisset והוא והיא, at cum hoc constructioni repugnaret, Masorethæ transpositis punctis, legendum tradiderunt והוא והיא, ideoq; Chirek subjecerunt priori voci, & posteriori imposuerunt Schurek in textu.

הוּא. Sæpissimè etiam scribitur והוא per ו in medio, & quidem in Mose semper, exceptis locis undecim, in quibus est והוא cum Jod in medio, ut est in Masora Gen. 14. ψ. 2. & 38. ψ. 25. ubi loca adducuntur.

הוּא. Cum ה paragogico, והוא, והיא. Bis legitur הוּא pro הוּא Ruth. 1. 13. 2. Sam. 4. 6.

Defectiva sunt, quæ genere vel numero deficiunt. Singularia tantum sunt, masc. הוּא Hic, iste, Fœmin. הוּא Hec, ista.

Utriusque generis: הוּא, הוּא, Hic, hæc, iste, ista. Cum Schurek plerumque est masculinum, cum Cholem fœmininum.

Usurpatur & הוּא singulariter pro Ille ipse, Ipsemet, Ipsummet, Gen. 7. 13. Exod. 24. v. 10. & sic apud Rabbinos frequentissimè.

Plurale tantum, & utriusque generis; הוּא Illi, Ille, illa. Octies etiam legitur הוּא, ut tradit Masora Genes. 26. ψ. 4.

Utriusque generis & numeri, Relativum הוּא Qui, quæ, quod; & pluraliter, Qui: quæ: Interrogativum personæ; הוּא Quis, quæ, & Plur. Qui, quæ? Interrogativum rei; הוּא הוּא הוּא Quod, quid? הוּא Quinquies tantum legitur ante vocem א vel ו incipientem, ut tradit Masora Genes. 31. 32. & Exod. 32. 1. הוּא imponit primæ literæ vocis sequentis, Dages, ut dictum cap. 5. הוּא vigesies quater legitur, juxta Masoram.

Conjuncti-

Conjuncta aliis vocibus, sunt vel *Præfixa* vel *Suffixa*,
Præfixa duo sunt, utriusq; generis & numeri, ךְ & ךָ,
 sequente post utrumque Dagesch. Illud ex אֲשֶׁר de-
 sumptum est, & relativè significat, ut ipsum אֲשֶׁר: hoc
 ex הוּא, & nunc Demonstrativum est, *Hic, Hæc, Hoc*, nunc
 relativum, *Qui, Quæ, Quod*. Priori modo frequentissimè
 ante Nomina usurpatur, tanquam articulus commu-
 nis omnium casuum, de quo supra cap. 8. dictum est.
 Sic & ad majorem emphasin Pronominibus tertie per-
 sonæ præfigitur: ut, הוּא הוּא *Ille ipse*, הוּא הוּא *Illa ipsa*, הוּא הוּא *Ipsi*:
 הוּא הוּא *Ipsæ*, הוּא הוּא *Ipsi*: הוּא הוּא *Iste*, הוּא הוּא *Ista*. In hac con-
 junctione accedit aliquando litera ל per Epenthesis ad
 הוּא, unde fit הוּא הוּא *Iste*, Genes. 24. 65. unde rursus per Apo-
 copen, הוּא הוּא. Sic ex הוּא fit הוּא הוּא, Ezech. 36. 35. Sed de usu
 utriusque hujus Præfixi vide lib. 2. cap. 5. & 15.

Suffixa sunt, quæ aliis vocibus à fine affiguntur, & in
 specie vulgò *Affixa* vocantur. Oriuntur autem ex inte-
 gris, hoc modo:

Ex	}	fit	אֲנִי	Me ablativ. אֲנִי, me accus. אֲנִי, meus, mea, meum; raro Me,
			אֲנֹכְנִי	Mei, mea, mea, plur.
			אֲנֹכְנוּ	Nobis ablativ. אֲנֹכְנוּ, noster: nos, accusat. אֲנֹכְנוּ, Nos, accus.
			אַתָּה	vel תוּ Tuus, tui, plur.
			אַתֶּם	Vester; Vos, Vobis, plur.
			אַתָּם	Tuus; pluraliter אַתָּם.
			אַתֶּם	Vester, Vos, Vobis.
			הוּא	Ejus, Ei, eum, eo,
			הוּא	Eorum, eis, eos.
			הוּא	Ejus, ei, eam, ea.
			הוּא	Earum, eis, eas.

Hinc Dativus, per literam ל, ut in Nominibus: לְ

Mibi, לְנוּ Nobis: לְךָ לְךָ Tibi: לְכֶם לְכֶם Vobis: לוֹ , לוֹ Ipsi:
 לְהֶם , לְהֶם Iphis. Ter scribitur לְהֶם pro לוֹ, nempe Num.
 32. 42. Ruth. 2. 14. Zach. 5. 11.

Accusativi nota אַתְּ sæpiùs commutatur in אֹת ad
 commodiorem conjunctionem: ut, אֹתְנוּ Me; אֹתְךָ
 Nos: אֹתְךָ , אֹתְךָ Te: אֲתֶכֶם , אֲתֶכֶם Vos: אֹתוֹ Eum, אֹתָהּ
 Eam: אֹתָם , אֹתָם Ezech. 23. 4. 5. nec sæpiùs, אֲתֶּךָ
 Eos: אֹתוֹ , אֹתָהּ , אֲתֶּהּ Eas. A Masorethis observatum,
 אֲתֶּךָ fedecim locis fœmininum esse: vide Ezech. 16. 39.
 & Gen. 39. 9.


Ablativus per מִ & sæpiùs per geminum מִ: ut, מִנִּי
 Jesa. 22. 4. מִנִּי Psal. 139. 9. מִמֶּנִּי A me: מִמֶּנּוּ Anobis, quod
 Orientales Judæi, id est, Babylonii, legunt מִמֶּנּוּ absq;
 Dagesch in Nun, ut distinguatur ab Ablativo tertie
 personæ: sed Occidentales, id est, qui in terra Israël ha-
 bitabant, id non observarunt, de quo prolixè agit
 Aben Esra Exod. 1. 9. מִמֶּךָ , מִמֶּךָ A te: מִמֶּכֶם , מִמֶּכֶם A
 vobis: מִמֶּנּוּ , מִמֶּנּוּ Job. 4. v. 12. מִמֶּהוּ Ab illo, Psal. 68. v. 24.
 מִמֶּהֶם , מִמֶּהֶם Ab illis, Job. 11. v. 20. sed hæc ad Syntaxin
 propriè pertinent. Quinquies legitur מִמֶּנּוּ, quæ pu-
 tantur legenda מִמֶּנּוּ, quale unum Jud. 11. 24.

כּ in his Affixis ubique est loco ת, ut hæc Pronomi-
 na significativa, distinctam habeant formam à literis
 vel syllabis formativis ת, ת, ת, ת, ת, quarum usus
 explicabitur capite sequenti.

וּ est pro ׀, maximè in libris Poëticis, Jobo, Psal-
 mis & Proverbiis.

Pro ׀, quandoque est, כּ, ut Psal. 116. 7. 19. at ea for-
 ma ad Chaldaeos propriè spectat.

Affixionis ratio varia est, quæ explicabitur libro se-
 cundo. Similia quædam sunt Germanorum, in's Buch/
 pro in das: im Buch / pro in dem: du hast's / pro hast es
 vel das / &c.



CAPUT XII.

De Verbo.

*Sic fuit Nomen & Pronomen : sequitur Verbum
cum Participio.*

VERBUM est vox flexilis, cum *Tempore & Persona*.
Numeri hîc tantum sunt Singularis & Pluralis,
quorum ratio in ipsa flexione patebit.

*Genera eadem quæ in Nominibus, quorum distin-
ctio in personis declarabitur.*

TEMPUS est, quod Verbum certo tempore discrimi-
minat: estque *Finitum* vel *Infinitum*.

Finitum est aut *Præteritum*, vel *Futurum*.

Præteritum unicum est, quod reliquas Præteriti
species includit: ut פקד *Visitabat*, *visitavit*, *visitaverat*, *vi-
sitavisset*: quod autem quoque loco exprimi debeat, ex
tenore sententiæ facile intelligitur: *Vau* ? cum *Scheva*
Præterito præfixum, sæpè convertit illud in significa-
tionem Futuri. Vide lib. 2. cap. 21.

Ex Præterito oritur *Participium duplex*, Præsens &
Præteritum. Præsens Hebræi communiter vocant
בְּנוֹנִי *Benoni*, id est, *Intermedium*, quandoque etiam פֹּהֵל
Pohel, à forma: ut, פֹּקֵד *Visitans*: Præteritum similiter
à forma, פָּחַל *Pahul*, appellant: ut, פֻּקְדוֹ *Visitatus*, vel *Qui
visitatur*. Utrunque flexionem nominum in utroq; ge-
nere imitatur: ut, פֹּקֵד *Visitans*, פֻּקְדִים *Visitantes*: פֻּקְדָה
Visitans illa, פֻּקְדוֹת *Visitantes illæ*. Fœmininum singulare
indifferenter ferè in הַ acutum, vel ת penacutum, du-
plici Sægol (aut Pathach, propter gutturalem) ante-
cedente desinit, quæ Generis hîc affectio specialis est:
ut, פֻּקְדָה vel פֻּקְדָת *Visitans illa*: שְׁמַעַת vel שְׁמַעַת *Audies illa*.

Participia sæpè in Nomen purum degenerant: ut, *רועה* Pastor & Pascens, *אובב* Amans, Amicus, Amator. Hinc Participium Hebræis vocatur, *שם הפועל*, & *שם הפעול* Nomen Verbale.

• Nomina Pohel & Pahul deducta sunt à Verbo *פאל*, quod Hebræi Grammatici pro paradigmate Conjugationum usurpant, & à forma primæ vocis in unaquaq; conjugatione, conjugationem ipsam denominant, quâ ratione etiam hæc duo Tempora sic appellata sunt. Quinetiam ad explicandas affectiones singularum literarum cuiusq; thematis, primam omnium Verborum literam inde nominant Pe, secundam Hajin, tertiam Lamed, quæ loquendi ratio Hebræis quidem commoda est, at Latinis insolens & obscura.

Futurum duplex est, Primum & Secundum.

Futurum primum, Hebræi *צווי* *Tzissui* Imperium vocant, & sic nostri Imperativum modum: ut, *בא* *Visita*, *בא* *visitato*,

Futurum secundum, *צתי* *Futurum* simpliciter dicunt, & sumitur pro Futuris omnibus: ut, *בא* *visitabo*, *בא* *visitavero*, *בא* *visitaturus sum*. At 1 cum Pathach sequente Dages Futuro præfixum, convertit illud in Præteritum. Vide lib. 2. cap. 21. Quemadmodum autem Kimchi passim in suo Michlol, utrumq; hoc Futurum uno nomine generaliter appellat *צתי* *Futurum*, & tamen in specie deinde primum nominat *צווי*, & alterum *צתי*: sic & nos, Imperativi & Futuri nomina, in Latinorum scholis nunc recepta, tanquam usitatiora & notiora retinebimus.

Præsens tempus Hebræi proprium nullum habent: efferunt autem illud partim per utramq; Participium, ut docetur lib. 2. cap. 18. partim per Præteritum & Futurum in generalibus sententiis, cum significatur, non quod fuit aut futurum est, sed quod perpetuò esse aut fieri

fieri debet, ut in illo loco: *Beatus est vir, qui non הלך ambulavit, (ambulat) in consilio improborum, & via peccatorum non עמד instuit, (instuit) ac in confessu derisorum non ישב seddit, (desidet) & in Lege ejus יהגה meditabitur, (meditatur) die ac nocte, Psal. 1. v. 1.* Hinc Ab. Esra ad hunc Psalmum scribit: *כאשר ירצו לדבר על זמן עומד ידברו בלשון עבר גם בלשון עתיד* Quando volunt loqui per tempus stans, (*id est, praesens*) loquuntur sermone praeteriti, vel sermone futuri, *hoc est, Praesens tempus quandoq; per Praeteritum, quandoq; per Futurum esserunt*: Idem Job. 3. 2. *ידוע כי אין בלשון הקדש סימן שיורה על האמצעי ואין בלשונם חוץ מעתיד ועבר וכל מה שתמצא באיוב שהוא לשון עתיד הוא בינוני או לשון עבר* id est, *Notum est, quod in lingua sancta non est signum aliquod Temporis praesentis, neq; habent in lingua sua, nisi Futurum & Praeteritum. Unde quicquid repereris in Jobo, quod est Futurum, illud etiam pro Praesenti vel Praeterito capiendum. Sic Rabbi Salomon, Genes. 24. v. 45.*

Frequentissima verò etiam est reliquorum Temporum commutatio & Enallage, ut Imperativi pro Futuro, & contra; Praeteriti pro Futuro, & Futuri pro Praeterito, tum per se & simpliciter in Prophetiis, tum propter praefixam literam ו, ut antè dictum, & plenè traditur lib. 2. cap. 21. In continuata etiam sententia, sequens Tempus trahitur plerunque in naturam praecedentis. Item Participium praesens formæ activæ pro Futuro participiali: ut, *באתם Euntem, Jona 1. v. 3.* id est, *Ituram, & quidem mox, quod vocant, Paulo-post-futurum.*

Infinitum Tempus est, in quo nullum certum tempus definitur; ut *פקוד* vel *פקוד* *visitare*. Hebraeis dicitur *מקור* *Fons, Scaturigo, unde scil. rivi definitæ significationis in reliqua finita Tempora deducuntur, Latinis Infinitivus modus.*

Ut verò Temporis, sic quoque numeri, generis, personæque differentiâ caret. Exprimuntur etiam per Infinitivum *Gerundia*, præfixis ipsi quatuor literis **כל** **ב** **ל** **ל** quas vulgò memoriæ causâ *Bachlam* vocant: ut, **לְבַרְכֶּךָ** *In visitando*, **לְבַרְכֶּךָ** *Secundum visitare*, **לְבַרְכֶּךָ** *Ad visitandum*, **לְבַרְכֶּךָ** *A visitando*: Vide lib. 2. cap. 16. & 21. Hinc sex Tempora vel diversi flectendi modi fiunt, qui hoc ordine ab Hebræis collocati sunt: *Præteritum*, *Participium presens sive Benoni*, *Participium Præteritum sive Pahul*, *Infinitivus*, *Imperativus*, & *Futurum*.

Legitimus quidem ordo fuisset, ut præcessisset Tempus finitum in Præterito & utroq; Futuro, secutum fuisset Infinitum, ac ultimo loco Participia, tanquam Nomina verbalia, ordinem clausissent, ut apud Græcos & Latinos factum: at quia superior Hebræorum ordo in nostris etiam Scholis nunc ferè communiter receptus, ac in Lexicis Hebraicis observatus est, eum & nos hoc tempore retinere volumus.

PERSONA est specialis terminatio Verbi: eaque *Triplex* in utroque numero, distincto ferè genere constans. Prima tamen quælibet, & tertia pluralis Præteriti, generis communis sunt. Præteritum autem & Futurum tantùm per personas integrè distinguuntur. Præteritum flexionis initium facit à persona tertia masculina singulari, quòd ea simplex & purù thema continet, unde reliquæ personæ, assumptis certis literis vel syllabis formativis, efformantur. Accentus sede mutata, alterutra hujus personæ vocalis mutatur in *Scheva*.

Tertia fœminina singularis à masculina exit in **ה**, communem terminationem fœmininorum, quando à masculinis descendunt, ut dictum est suprâ cap. 7. Est autem illud **ה** ex Pronomine **היא** *Illà*: ut, **היא ברכה** *Visitavit illa*: hinc porrò tertiâ pluralis in **הן**, ut, **הן ברכה** *Visitaverunt illi vel illæ*.

Secun-

Secunda masculina singularis in ה ex אָתָּה Tu: ut
 וְיָשִׁירָהּ וְיָשִׁירָהּ Visitasti tu vir: fœminina in הָ ex אָתָּה: ut וְיָשִׁירָהּ וְיָשִׁירָהּ
 Visitasti tu fœmina. Secunda pluralis masc. in תָּם ex אַתֶּם:
 ut, וְיָשִׁירָהּ וְיָשִׁירָהּ Visitastis vos viri: fœminina in הֵן ex אַתֶּן: ut,
 וְיָשִׁירָהּ וְיָשִׁירָהּ Visitastis vos fœminæ.

Prima singularis in הָ ex אָנֹכִי literâ הָ per Epenthesein
 ascitâ, aut usurpatâ pro הָ, ne fieret confusio hujus syl-
 labæ formativæ cum Pronomine consignificativo הָ:
 ut, וְיָשִׁירָהּ וְיָשִׁירָהּ Visitavi: pluralis in נוּ ex אַנְחוּנוּ: ut, וְיָשִׁירָהּ וְיָשִׁירָהּ
 Visitavimus nos.

Imperativus solam habet personam secundam, ge-
 nere & numero distinctam. Quando accentus primæ
 vocis וְיָשִׁירָהּ transfertur ad accedentem literam forma-
 tivam, tum ultima ejus vocalis mutatur in Scheva,
 propter quod antecedens Scheva transit in Chirek,
 juxta doctrinam supra cap. 4. propositam. Sic fœmi-
 nina singularis exit à masculina in הָ, Jod desumpto ex
 forma Pronominis אָתָּה: ut, וְיָשִׁירָהּ וְיָשִׁירָהּ Visita tu fœmina: & plu-
 ralis secunda in הָ; וְיָשִׁירָהּ וְיָשִׁירָהּ Visitate vos viri. Secunda pluralis
 fœminina in הָ ex forma paragogica Pronominis
 אַתֶּן: ut, וְיָשִׁירָהּ וְיָשִׁירָהּ.

Futurum, quia eam ordinis necessitatem non ha-
 bet, quam Præteritum, ideo communem flexionis
 modum à persona prima ad secundam & tertiam,
 apud Hebræos Grammaticos servat. Formantur au-
 tem ejus personæ ab Imperativo, assumptis ab initio
 quatuor literis characteristicis, וְיָשִׁירָהּ, quibus integrè
 distinguuntur. *Has literas Hebræi includunt memoriæ causâ,
 in nomen proprium וְיָשִׁירָהּ, Viri celebris ab insigni sapientia, ut
 est I. Reg. 4. v. 31. & Cantoris peritissimi, Psal. 89. unde vulgò
 appellantur Literæ Ethan. At, quòd etiam flexionem persona-
 rum disposuerunt juxta ordinem literarum hujus Nominis, ita
 ut præ-*

Atque hæc generalis est personarum, in singulis Temporibus quorumcunque Verborum, formatio, quæ deinceps ad singularum flexionum formas specialiter erit accommodanda.

CAPUT XIII.

De Conjugationibus Verborum, & earum primâ KAL.

FLEXIO Verbi secundum Tempora & Personas dicitur *Conjugatio*: Hebræis בִּנְיָן *Binjan*, Structura, Ædificium, à בָּנָה *Aedificare*: estque *Quadruplex*, quarum tres priores, pro agendi pel patiendi significatione, duplicem formam habent, *Activam & Passivam*, quarta autem, ob *Reciprocam* ferè significationem, sub una forma, activa & passiva simul est. Unum verò idemque Verbum per quatuor has conjugationum formas flectitur, ob alium atque alium ipsius significandi modum, ut singulis conjugationibus intelligetur.

Prima Conjugatio in forma activa communiter dicitur Hebræis קָל *Kal*, id est, *Levis* sive *lenis*; tum à *forma*, quæ nudo ac simplici themate constat, tum à *significatione*, quæ hîc, utpote in puro themate, lenior & simplicior est: vel פָּהַל *Pahal*, à forma communi primæ Vocis, quam Verbum פָּהַל paradigma conjugationum apud Grammaticos Hebræos, indicat. In passiva forma, eâdem ratione ab eodem paradiigmate dicitur נִפְּחַל *Niphal*. Sola autem Verba activè significantia, in formam passivam hîc traducuntur: Neutra, cum passivam significationem in se inclusam habeant, solâ formâ *Kal* contenta sunt, ut & propterea Participio Præterito sive *Pahul* carent.

Activa

Activa verba Hebraeis vocantur פעלים ויצאים Verba transeuntia, sive Transitiva, quorum actio transit in aliud subjectum: Neutra, עמדים Stantia, sive בלתי ויצאים Non transeuntia, hoc est, intransitiva, quando actio non transit extra agentem. Passiva periphrastice appellantur פעולים vel נפעלים, pro forma quaque passiva.

Cæterum paradigma פעל propter anomaliam è media gutturali proveniente, à posterioribus Grammaticis rejectum est, ac substitutum Verbum פקד Visitavit, quo Kimchi in libro Michlol ad demonstrandam analogiam in conjugando utitur, & nos proinde eodem huc utemur.

De Usu & Significationibus hujus & reliquarum Conjugationum, vide plura in Notis ad finem libri adjectis.

FORMA ACTIVA KAL.

Præteritum.

Sing.

fæmin.	mascul.	
פקדה	פקד	3
פקדת	פקדת	2
com.	פקדתי	1

Plur.

com.	פקדו	3
פקדתו	פקדתם	2
com.	פקדנו	1

Partic. præsens sive Benoni.

Plur.	Sing.	
פוקדים	פוקד	.M
	פוקדה	.F
פוקדת	פוקדת	

Partic.

Partic. præteritam sive Pahul,

Plur.

Sing.

פְּקֻדִים

פְּקֻד M.

פְּקֻדוֹת

פְּקֻדָּה F.

Infinitivus.

פְּקֹד vel פְּקֻד vel פְּקֹד

Imperativus.

Plur.

Sing.

פְּקֹדוּ

פְּקֹד vel פְּקֻד M.

פְּקֻדְנָה

פְּקֻדִי F.

Futurum.

Sing.

fæmin.

mascul.

com. אֶפְקֹד vel אֶפְקֻד 1.

תִּפְקֹדִי

תִּפְקֻד 2.

תִּפְקֻד

יִפְקֻד 3.

Plural.

com.

נִפְקֹד 1.

תִּפְקֻדְנָה { תִּפְקֹדוּ 2.

יִפְקֹדוּ 2.

ANNOTATIONES AD PRAET.

פְּקֹד] Triplex hic Verborum terminatio est; Prima & communis in Pathach, ut in paradigmate: Altera in Tzere: ut, וְפָקַד *Voluit*. Tertia in Cholem: ut, וְפָקַד *Potuit*, וְיִפְקֹד *Timuit*, וְקָמַד *Parvus fuit*. Hæc autem rariore est propter Nomina multa ejusdem formæ. Concurrent omnes in uno versu, Exod. 40. v. 35. Irregulare est, וְפָקַד *Judicavit*, 1. Samuel. 7. v. 17. ubi Masora inquit, non reperiri amplius cum Kametz, Terminatio Tzere com-

manem flexionem imitatur: ut, **וּלְכָח** Voluit ille, **וּלְכָחָם** Voluisti tu, **וּלְכָחוּם** Voluerunt illi vel illæ, &c. Cholem manet, præterquam in tertiis personis, in quibus servatur analogia: ut, **יָרַתְּ** Timuisti, Deut. 28. v. 60. **יָבִילְתִּי** Potui, Genes. 30. v. 8. **יָבִילוּ** Potuerunt, Genes. 37. 4. **יָבִילָהּ** Potuit illa, Genes. 36. 7. Si accentus à Cholem removeatur in secunda & prima persona, corripitur in Kametzchatuph: ut, **וְיָבִילְתָּ** Et poteris, Exod. 18. v. 23.

Quædam præter morem *Apheresin* primæ radicalis patiuntur: ut, **וַיִּדְּ** Declinavit, pro **וַיִּדְּ** Jud. 19. v. 11. **וַיִּקַּח** Accepit, pro **וַיִּקַּח** Ezech. 17. v. 5. & sic **וַיִּקַּח** Accepit eos, Hoseæ 11. v. 3. Aliud vide mox in tertia plurali.

וַיִּפְקְדָהּ] Ad formam Chaldaicam hîc in ת desinit **וַיִּפְקְדָהּ** Abiit, pro **וַיִּפְקְדָהּ** Deut. 32. v. 36. Simile vide cap. seq. ad Præteritum Niphâl, & cap. 36. ad hanc personam. Accentu ad penultimam retracto, redeunt singulæ terminationes masculinæ, Pathach in Kametz producto: ut, **וַיִּתְּנָהּ** Dedit, Judic. 5. v. 25. **וַיִּשְׁמַחְהָ** Letata est, Esth. 8. v. 15. Vide lib. 2. capite 23. Sic, **וַיִּשְׁתַּחֲוֶהָ** Defecit, pro **וַיִּשְׁתַּחֲוֶהָ**, Jesa. 41. v. 17. quod & cum Dagesch Euphónico. Irregulariter; **וַיִּבְרָא** Extulit se, Ezech. 31. v. 5. cum א loco ה, ne duo ה concurrant.

וַיִּפְקְדָהּ] Cum ה paragogico: **וַיִּבְרָא** Prævaricatus es, Malach. 2. v. 14. Verba quæ in ת desinunt, hîc & quandoque aliud ת sequitur, syncopam patiuntur, contrahendo ת radicale per Dagesch forte in ת servile: ut, **וַיִּבְרָא** Succidisti, pro **וַיִּבְרָא** Deuter. 20. v. 20. Hanc anomaliam sequitur hîc verbum **וַיִּתְּנָהּ** includendo נ per Dagesch in ת servile, euphoniæ causâ; ut **וַיִּתְּנָהּ** Dedisti, pro **וַיִּתְּנָהּ** Genes. 3. 12. & sic semper quando ת sequitur. Et deficiente quoque primâ radicali **וַיִּתְּנָהּ**, 2. Sam. 22. 41.

וַיִּפְקְדָהּ] Si ultima radicalis fuerit ח vel פ, pro priori Scheva

Scheva est Pathach : ut, לָקַחְתָּ *Accepisti*, 1. Reg. 14. v. 3. שָׁמַעְתָּ *Audivisti*, Jer. 4. v. 19. יָדַעְתָּ *Nosti*, Jerem. 50. v. 24. יָדַעְתָּ vide mox ad Particip. præsens. אָנֹכִי per syncopam; נָתַתָּ *Dedisti*, Ezech. 16. v. 33. Vide vocem præcedentem.

פָּקַדְתִּי] Quædam in medio habent Chirek pro Pathach : ut, גָּעַמְתִּי *Geumi*, Psalm. 2. v. 7. שָׁאַלְתִּי *Petivi*, 1. Sam. 1. v. 20. Vide similem formam infra cap. 40. ad Præter, & mox in secunda plurali. A finitis in ת, per syncopam : נָתַתְּ *Pepigi*, Exod. 34. v. 27. Vide paulò antè in secunda masculina. אָנֹכִי similiter per syncopam : נָתַתִּי *Dedi*, Genes. 1. v. 29. Vide paulò antè. Per Aphæresin : וְשָׁבַתִּי *Et habitabo*, Psal. 23. v. 6. pro וְשָׁבַתִּי. Sic quædam fuerunt paulò antè. Sed communiter deducunt à שׁוּב, pro, *Quietus ero*.

פָּקְדוּ] Cum † paragogico : יָדְעוּ *Cognoverunt*, Deut. 8. v. 3. Per Aphæresin primæ radicalis : יָצְקוּ *Effuderunt*, Jesa. 26. 16. à יָצַק, sed habet formam à יָצַק. Similia fuerunt paulò antè. Cum † paragogico præter morem; הָדְדוּ *Qui venerant*, Jos. 10. v. 24. Vide simile infra cap. 43. ad Præter. Quædam hujus personæ diversimodè leguntur & scribuntur : ut, שָׁפְכוּ *Effuderunt*, Deut. 21. v. 7. scribitur cum ה, quasi legendum, שָׁפְכוּ *Effudit*; sed Masorethæ legendum tradiderunt pluraliter, unde Kibbutz appositum pro ו. Talia sunt in Bibliis quatuordecim, quæ adducuntur in Masora Thren. 4. 17. Accentu retracto, redeunt vocales, ut in tertia fœminina dictum : יָלְדוּ *Pepererunt*, Genes. 31. 43. יָגְלוּ *Potuerunt*, Exod. 8. 14. יָזְלוּ *Defluunt*, Esa. 64. 1. & יָחַדְלוּ *Cessaverunt*, Judic. 5. 7. quæ duo etiam habent Dagesch euphonicum, ad intendendam significationem.

פָּקַדְתֶּם] Cum Chirek loco Pathach in medio : יָשַׁתְּ

Possidebitis, Deut. 4. v. 1. Et cum Sægol: שְׂאֵלְתֶם Petivistis, I. Sam. 12, 13. Cum Syncopa: נִתַּתֶּם Tradidistis, Jer. 37. 18. Vide secundam masc. sing.

פָּקְרוּ] Quæ in נ desinunt, ejus literæ hîc patiuntur Syncopam: ut, נָתַנּוּ Dedimus, Thren. 5. 7. pro נָתַנּוּ.

AD PARTICIP. PRÆSENS.

פָּקַד] Duo speciali anomaliâ in Chirek desinunt loco Tzere: ut, יוֹסֵף Addens, Jesa. 29. 14. unde & plurale; יוֹסֵפִים Addentes, Deuter. 5. v. 25. תְּסַיֵּם Sustainens, Psal. 16. vers. 5. Si tertia sit gutturalis ח vel ע, fit interdum crasis in Pathach: ut, נִטְעַע Plantans, pro נִטְעַע Psal. 94. v. 9. Simile in Pathach; אֲבָד Periens, Deut. 32. v. 28. quod Aben Esra propter structuram factum existimat. Est enim illic, עֲצוּת אֲבָד Gens perditâ consiliis. Unum est cum ה paragogico, quod accentus in penultima indicat, & adjunctum Nomen תְּנוּר quod est Generis Masculini, בָּעֵרָה Ardens, Hof. 7. v. 8. Sæpiusculè adest ' paragogicum: ut, אֲסֵרִי Ligans, Genes. 49. v. 11. אֲסֵרִי Exscindens, אֲסֵרִי Cedens, Jesa. 22. 16. יֹשֵׁב Residens, Psal. 123. v. 1. שׁוֹבֵן Inhabitans, Deut. 33. v. 16. Vide etiam Zach. 11. v. 17. Psal. 114. v. 8. Ephodeus vult, hoc ' non esse paragogicum, neque hæc esse nomina participialia, sed Adjectiva, unde illud Jod vocat יוֹד הַתָּאֵר Jod adjectivi: in his enim non significari actionem præcisè præsentem, & momentaneam, sed continuam.

פָּקְדָה , פּוֹקְדָה] Tzere interdum ex forma masculina retinetur: ut, בָּגְדָה Perdite agens, Jer. 3. v. 8. יוֹלְדָה Parturiens, Mich. 5. v. 3. נֹטְרָה Custodiens, Cantic. 1. v. 6. & similia plura. Fœmininum in ת usitatus hîc est: ut, נֹדַעַת Cadens, Genes. 15. v. 12. בְּרַחַת Fugio, Genes. 16. 8. יוֹדַעַת Cognoscens, Num. 31. v. 17. cum duplici Pathach propter guttu-

gutturalem. Huc referendum juxta Ab. Efram מוֹעֵדֶת
Vacillans, Labens, cum Schurek loco Cholem, Prov. 25.
 19. Aliis est Participium Pyhal, *Luxatus*. Hinc sunt cum
 'Paragogico: אֲהַבְתִּי *Amans*, Hof. 10. 11. אֲיַבְתִּי *Inimica exi-*
stens, Mich. 7. v. 8. In his Kimchi in Michlol fol. 17. Jod vult
 esse paragogicum, non Affixum, quòd accentus sit in penultima,
 quem Affixum postularet in ultima. Quaedam formam com-
 positam habent, hinc & ex secunda foemina singu-
 lari præteriti: ut וְיִלְדֶתָּ *Et paries*, Genes. 16. v. 11. & Jud.
 13. v. 5. 7. שֹׁכֵנִי *Desidens*, Jer. 22. v. 23. שֹׁכֵנִי *Habitans*,
 Jer. 51. v. 13. formâ compositâ ex שֹׁכֵנִי & שֹׁכֵנִי quasi
 dicas, *Quòd habitavit, & adhuc habitet*, ut Kimchi explicat
 fol. 68. Et sic in aliis quoque compositis, utramq; for-
 mam attendendam, & significativam esse volunt, com-
 pendii faciendi causâ. Simile vide cap. 16. ad Particip.
 præteritum. Alii aliter de his sentiunt, ut Elias scribit
 in libro הרַבָּה *Harcabba*, qui est de Vocibus compositis.

Cæterum Participium hoc etiam sæpissimè per Ka-
 metz & Tzere exprimitur, & vulgò שֵׁם הַתָּאֵר *Nomen*
Toar, hoc est, Formæ seu Formale aut Verbale, vocatur,
 & sic flectitur;

Plur.	Sing.
אֲנֵלִים	אֲנֵל M.
אֲנֵלוֹת	אֲנֵלָה F.

Hinc sunt; גָּדַל *Crescens, sive Grandescens erat*, 1. Sa-
 muel. 2. v. 6. יָשָׁן *Dormiens*, 1. Sam. 26. 7. יָשְׁנוּ *Dormientes*
erant, 1. Sam. 26. v. 12. דָּבַק *Adherens vel conjunctus*, Proverb.
 18. v. 24. דָּבַקָה *Adherens erat, adhaerebat*, 2. Paral. 3. v. 12.
 הִדְבַּקְתֶּם *Qui adherentes fuistis, adhesistis*, Deut. 4. v. 4.

AD PARTIC. PRÆTERITUM.

Hoc Participium propriè à forma primæ vocis nominativæ

פָּעוּל Pahul, quia Paradigma פָּעוּל à Præterito hîc stectitur in Schurek; hinc verò latius ad omnia Participia præterita reliquarum quoq; conjugationum traducitur. Verba Intransitiva sive Neutra, hoc Participio carent, ut & suprâ dictum est: non enim נָפַל Cecidit, dici potest נָפַל Casus, nec à לָמַד Didicit, participialiter dicitur לָמַד, etsi nominaliter usurpetur pro Doctus, ut & alia hujus formæ, in nomina Toarim, id est, adjectiva transeunt, ut צָרוּם Fortis, & similia. אֶשְׁכֵּן tamen legitur הַשְּׁכֹנִים Habitantes, Judic. 8. 11. ubi præterea est irregulariter ה, ante vocem constructam.

פָּקוּד] Et cum Kibbutz euphoniæ causâ: ut, לָבַשׁ Vestita est, hoc est, vestitur, Prov. 31. 21. Cum Cholem נְקוּד Punctatum Gen. 30. 32. juxta quosdam.

פְּקוּדָה] Fœmininum in ת hîc non reperitur, nisi ex rectione syntactica: ut, חֲגֵרַת־שֵׁק Accincta sacco, Joel. 1. v. 8. בְּעֵלַת בְּעָלָהּ Maritata marito, & similia. Hinc verò cùm 'paragogico sunt: גְּנֵבַת Furto sublatum, pro גֵּנֵבַת Genes. 31. v. 39. מְלֵאֵת Plena, pro מְלֵאת Jesa. 1. v. 21. Sed hæc omnia in Nomina degenerant quorum structura traditur libro 2. capite 3. Regulâ 3. Si verò 'esset Affixum Pronomen, dicendum esset גְּנֵבַת, ut videre est lib. 2. cap. 7.

AD INFINITIVUM.

Infinitivum Hebræi, & inde quoq; Santes in Thesauro Lingue sanctæ, vocant, מְקוּר Fontem, Venam, Scaturiginem, quòd inde significatio desinita, in reliqua Tempora, seu certos rivulos, profluit. Veteres Grammatici etiam vocarunt שֵׁם הַפְּעוּל Nomen verbi, verbale, quia sæpè loco Nominis ponitur. Usurpatur etiam pro Gerundiis, ut suprâ dictum est; imprimis verò, cùm ipsi præfiguntur literæ serviles בכלם, quarum ב est In, כ Secundum, juxta, ל Ad, ה A, ut plenè docetur lib. 2. cap. 21.

פָּקוּד

פְּקוֹד] Hæc forma plerunque venit in conduplica-
 tione Verbi: ut, וְאִם-אָמַר יֹאמֵר, *Et si dicendo dixerit*, Exod.
 21. v. 5. de qua locutione vide lib. 2. cap. 16. Non tamen
 semper hoc fit: ut מַאֲוִס בְּרַע וּבַחֹר בְּטוֹב *Reprobare malum*
 & eligere bonum, Jesa. 7. v. 15. פֶּשַׁע וְכֹחַשׁ *Transgredi & men-*
tiri, Jesa. 59. v. 13. Vide & Hof. 10. v. 4.

פְּקוֹד] Ablato accentu, Cholem corripitur in Ka-
 metzchatuph, de qua mutatione etiam supra cap. 5. di-
 ctum est: ut, מֶלֶךְ-מְלִיךָ *Regnare regem*, Genes. 36. v. 31. Spe-
 cialis anomalix est cum ' epenthético: לְדַרְיוֹשׁ *Ad qua-*
stionem habendam, Esra 10. v. 16. nec ipsi simile in tota Scri-
 ptura occurrit. ךְּ paragogicum adjicitur isti formæ,
 quæ præfixum לְ habet, rarissimè simplici, ne confun-
 datur cum Nominibus similis formæ, vel cum Impe-
 rativo. Cholem ultimæ syllabæ propter ךְּ paragogi-
 cum corripitur in Kametzchatuph, vel Kibbutz eu-
 phonix causâ, trajiciturque sub primam radicalem: ut,
 לְמַשְׁחָה *Ad unguendum*, Exod. 29. v. 29. לְגַבְהָה *Ad efferendum*,
 Soph. 3. v. 11. לְחַמְלָה *Clementiâ utendo*, Ezech. 16. v. 5. Si
 media sit gutturalis, Scheva sub ea fit compositum: ut,
 לְרַחֲקָה *Ad longè recedendum*, Ezech. 8. v. 6. Ex hac forma
 sunt, כְּשִׁמְעֶתוּ , בְּקִרְבָּתֵם & alia, quæ vide lib. 2. cap. 17.
 ad Infinitivum. Aliquando tamen Cholem manet:
 ut, פְּשׁוּטָה *Spoliare*, Esa. 32. 11. Novæ autem formæ est
 illud, אַחֲרֵי אֲכָלָה *Post comedere*, 1. Sam. 1. v. 9. Cholem pla-
 nè alienum videtur, pro אֲכָלָה, quod ex Masora colli-
 gi potest, quæ hanc vocem cum altera ex Imperativo,
 וְאֲכָלָה *Et comede*, Genes. 27. v. 19. tanquam unius formæ,
 confert, cum aliis similibus pluribus, quæ ab initio
 Masoræ magnæ recensentur. Cum simplici Infinitivo
 quidam junctum volunt in his: שֹׁחֲטָה *Maclando, vel, Ad*
maclandum, Hof. 5. v. 2. שְׂאֵלָה *Petendo*, Jesa. 7. v. 11. sed

hæc potius Nomina sunt, ut de postremo expressè affirmat Kimchi in Michlol, & aliàs Infinitivus sæpè ingreditur formam Nominum foemininorum in ה desinentium, à quo usu ab Hebræis vocatur שם הפעל *Nomen verbale*, & inde ea structura, quòd Nomina verbalia regunt casum Verbi sui, de qua lib. 2. cap. 3. Reg. 3. A verbo אָמַר hîc per crasin vocalium dicitur, לְאָמֹר pro לֵאמֹר *Dicendo*. De ista crasi dictum suprà cap. 4.

פָּקֹד] Hæc terminatio hîc, & in sequentibus Temporibus, ferè tantùm Verbis Neutris servit, ut altera in Cholem, Verbis activis: Cum ה paragogico Pathach transit in Scheva, unde præcedens Scheva convertitur in Chirek: לְרַבֵּעָה *Ad ineundum*, Levit. 20. v. 16. לְרִצָּה *Ad timendum*, Deut. 4. v. 10. Si prima sit gutturalis, pro Chirek est Pathach: ut, לְאַשְׁמֶה בָּהּ *Reatum obeundo in eo*, Levit. 6. v. 7. Sub media gutturali Scheva dilatatur per Pathach: ut, לְאַהֲבָהּ *Diligendo*, Deut. 9. v. 19. לְרִאבָה *Mærere*, Jer. 31. v. 12. Huc Kimchi revocat etiam Nun paragogicum esse, in, בְּאַבְרָהָם *In perdere*, Esth. 8. v. 6. sed hoc potius Nomen est.

Quidam notant, formam Infinitivi aliquando etiam esse cum מ ab initio: quòd referunt, מְשַׁלַּח Eza. II. 14. & Esth. 9. 19. כְּמִשְׁלַח Gen. 38. 24. sed possunt esse Nomina.

AD IMPERATIVUM.

פָּקֹד] Cum ה paragogico servatur forma Infinitivi; ut, שְׁמֹרָה *Custodi*, Psal. 25. v. 20. זָכְרָה *Memento*, 2. Par. 6. v. 42. Unum retinet Cholem; וְצַמָּה *Detestare*, Num. 23. v. 7. pro וְצַמָּה. Vide & vocem seq.

פָּקֹד] Excipe; סָעַד *Fulcito*, Jud. 19. v. 5. 8. quod Maforethæ notant sic in eo textu bis cum Kametz scribi, sine

sine certa causa. Cum η paragogico, Pathach corripitur in Scheva, unde prius transit in Chirek, ut: שִׁבְבָה *Concumbe*, Genes. 39. v. 12. Pathach in Kametz mutato, שְׁמַעֲרָה *Audi*, Dan. 9. v. 19. fortè propter accentum, Ex terminatione Cholem quædam hanc formam imitantur: ut, נִצְרָה *Custodi*, Psal. 141. vers. 3. quod & Dagesch euphonicum habet: מְכַרָה *Vende*, Genes. 25. v. 31. Si prima sit gutturalis, pro Chirek est Sægol: ut אֲסַפָּה *Congrega*, Num. 11. v. 16. עֲרֹכָה *Diffone*, Job. 33. v. 5.] פִּקְדוֹ Cholem vel Pathach ex sing. numero convertitur in Scheva, unde antecedens Scheva transit in Chirek. Et sic in fœm. פִּקְדוֹ. Quædam ab initio habent Kametzchatuph, ut in forma paragogica: ut, חֲרַבּוּ *Desolemini*, Jerem. 2. v. 12. מְשַׁבְּנוּ *Trahite*, Ezech. 32. v. 20. שְׂוֹדוּ *Vastate*, Jer. 49. v. 28. Chirek ante gutturalalem, cum Scheva composito notatam, manente, שְׂוֹדוּ *Munera date*, Jobi 6. 22.

] פִּקְדוֹ De formatione, vide vocem præcedentem. Cum Kametzchatuph, ut antè, מְלֹכֵי *Regna*, Jud. 9. v. 10. צַעֲקֵי *Clama*, Jerem. 22. v. 20. ubi quoque est Kametz in penultima, propter accentum eò retractum; & sic, חֲרַבּוּ *Exsiccare*, Jesa. 44. 27. Primâ gutturali: ut, חֲשַׁפּוּ *Denuda*, Jesa. 47. v. 2. אַחֲזֵי *Prehende*, Ruth. 3. 15. ubi præter normam Chatephkametz ante se habet Sægol. Irregularè quoque est; קִסְמֵי *Divina*, 1. Sam. 28. v. 8. quod debebat esse ad formam מְלֹכֵי; at sub media radicali adhibetur Chatephkametz, tanquam sub gutturali, לְתַפְאֲרַת הַפִּלָּה *ad ornatum dictionis*, ut Kimchi inquit. Hujus verò rei causâ olim scriptum fuit cum Vau in medio, quòd illud vocalis O index esset. At adjectis punctis, Vau redundabat in lectione, unde Masorethæ notarunt legendum, קִסְמֵי absque Vau: Simile mox est in Futuro. G 5

פְּקוּדָה] Ex terminatione Pathach: שְׁמַעְנָה *Audite*, *Jesa.* 32. v. 9. Hinc contractum est propter Apocopen; שְׁמַעוּ, *Genes.* 4. v. 23. Simile vide cap. 43. ad Imperativum.

AD FUTURUM.

אֶפְקֹר אֶפְקֹר] Terminatio Cholem ferè in verbis activis usitata est; Pathach Neutris. Literæ formativæ propriè postulant Scheva, sed id propter sequens Scheva transit in Chirek, vel Sægol aut Pathach, propter gutturalem. Accedente ה̄ paragogico, utraque terminatio mutatur in Scheva. Ex Cholem; אֶשְׁמְרָה *Custodiam*, *Psal.* 39. v. 2. A Pathach; אֶשְׁכְּבָה *Cubabo*, *Psal.* 4. v. 9. Primâ gutturali; אֶחְדֹּלָה *Desistam*, *Job.* 16. vers. 6. אֶהְרֹגָה *Occidam*, *Genes.* 27. v. 41. in quibus Scheva compositum dissolvitur, propter aliud Scheva sequens, ut traditum est suprà cap. 4. Cum Schurek: ut, וְאֶנּוּשְׁרָה *Et ægritudine afficiar*, *Psal.* 69. v. 21. ubi א̄ radicale deficit, de qua anomalia mox sequitur. Ex forma Schurek etiam alia sequuntur. Pauca quædam pro altero Scheva habent Scheva compositum sub litera non gutturali: ut, אֶשְׁקוּטָה *Quiesco*, *Jesa.* 18. v. 4. Chatephkamez literæ פ̄ subjectum, quia dictio cum ך̄ scripta fuit, quasi vocalis O indice, ut & paulò antè in Imperativo. Sic אֶשְׁקוּלָה *Appendi*, *Esræ* 8. v. 25. at absente ך̄ lectum scriptum אֶשְׁקוּלָה *ibid.* v. 26. & *Jerem.* 32. v. 9. cum Chatephpathach: Sic אֶפְשָׁעָה *Incedam*, *Jesa.* 27. v. 4. cum Chatephkamez in quibusdam libris scribitur (ut à Masorethis quoque observatum est) pleraque tamen exemplaria hodiè habent Scheva simplex. Citat etiam Kimchi per Chatephkamez; אֶשְׁמַעָה *Audivi*, *Dan.* 8. v. 13. sed nostra exemplaria hodiè habent Scheva sim-

va simplex: וַאֲפָרָה Et comparavi eam, *Hosee* 3. v. 2. habet Dagesch euphonicum. אִסְעָרָה, אִמְאָסָרָה vide lib. 2. cap. 17. ad Futurum.

תִּפְקְדִי] Huc pertinet, וַתִּשְׁחָדֵי Et munerasti, *Ezech.* 16. v. 33. cum Chatephkametz sub ח loco Scheva pro natura gutturalium. Unum est cum Schurek loco Cholem: תַּעֲבֹרֵי *Transibis*, *Ruth.* 2. v. 8. cui simile mox in sequenti voce. Cum Nun paragogico: תִּדְבְּקִי *Adharebis*, *Ruth.* 2. v. 8. hîc Kametz est ex Pathach formæ masculinæ תִּדְבֵק, ac si pausa ad eam syllabam rejecta esset, quanquam sensus hîc pausam vel distinctionem nullam admittat. Sic mox in plurali.

תִּפְקֹד] Ex terminatione Pathach: תִּדְבֵק *Adhareat*, *Psal.* 137. v. 6. תִּהְלֹךְ *Ambulavit*, *Psal.* 73. v. 9. ubi Scheva sub gutturali per Pathach dilatatum est, Chirek antecedente ex communi forma manente. Cum Schurek loco Cholem: תִּשְׁמֹרֵם *Custodit eos*, *Prov.* 14. v. 3. vide mox aliud. Cum ה paragogico præter morem: וַתִּמְנַבֵּה *Et adamavit*, *Ezech.* 23. v. 20. Simile vide infra cap. 25. ad Futurum. Irregulare est, תִּאֲכַלְהוּ *Comedet eum*, *Jobi* 20. 26. pro תִּאֲכַלְהוּ.

נִפְקֹד] Cum ה paragogico, ut in prima singulari: נִלְבְּנָה *Lateres consciamus*, *Genes.* 11. v. 3. נַעֲבֹרָה *Transeamus*, *Num.* 20. v. 17.

תִּפְקְדוּ] Accentu ad penultimam redeunte, redit terminatio singularis: ut, תִּנְגְּבוּ *Furabimini*, *Levit.* 19. v. 11. Cum ך paragogico: תִּשְׁמְעוּ *Auscultabitis*, *Deuter.* 8. v. 20. Et cum Kametz in penultima: תִּשְׁמְעוּ *Auditote*, *Deut.* 1. v. 17. תִּאֲהָבוּ *Diligetis*, *Psal.* 4. v. 3. Hoc Kametz causam habet in Pausæ ratione, quæ tamen hîc est in ultima. Sic antè in secunda fœminina. Irregulare est; תִּאֲהָבוּ *Amabitis*, *Proverb.* 1. v. 22. pro תִּאֲהָבוּ ut dicitur יִשְׁעוּ. Tzere ergo

ergo adhibitum, ut \aleph audiri possit. Possit etiam referri ad Pihel, Tzere loco Pathach posito. Sumitur interdum pro tertia foemin. plurali ut Job. 19. ψ . 15. Ezech. 37. ψ . 7. & 49. ψ . 11.

יִשְׁמְעוּן] Cum Nun paragogico: **יִשְׁמְעוּן** *Audient*, Exod. 4. v. 9. & **יִשְׁאֲלוּן** *Rogaverint*, Jos. 4. v. 6. ut in præcedenti persona. Sic redeunte Cholem: **יִקְצְרוּן** *Messuerint*, Ruth. 2. v. 9. Unum reperitur cum Schurek in penultima præter morem: **יִשְׁפוטוּ** *Judicabunt*, Exod. 18. v. 26. Similia fuerunt paulò antè. Primâ gutturali: **יִאָרְכוּ** *Prolongantur*, Ezech. 12. v. 22. **יִעֲזְרוּ** *Auxiliati sunt*, 1. Reg. 1. v. 7. Diversæ scriptionis est, **יִקְרוּחַ** *Radent*, Levit. 21. v. 5. Simile vide supra in tertia plurali Præteriti.

תִּפְקְרְנָה] Secundæ & tertiæ personæ est, ut apud Latinos Futurum singulare Imperativi modi. Ex finitis in Nun, unum est quod in tertia plurali patitur syn-
copam: ut, **תִּשְׁכְּנָה** *Habitabunt*, Ezech. 17. v. 23. simile fuit in prima plurali Præteriti. Ex forma Pathach irregulare hîc est: **וַתִּגְבְּהוּ יָנָה** *Et exaltarunt se*, Ezech. 16. v. 50. quod sic est ad formam Verborum desinentium in ה, (de quibus infra cap. 49.) ex quorum genere ibidem sibi vocem sociam adjunctam habet. Cum Apocopa ultimæ literæ: **תִּלְבְּשׁוּן** *Vestiebantur*, 2. Sam. 13. v. 18. Mixtam formam habet ex masculina & foeminina nota; **יִעֲמְדוּנָה** *Stabunt*, Dan. 8. v. 22. Ex nota foeminina, & terminatione masculina; **תִּזְשׁבוּנִי** *Reputeñt me*, Jobi 19. 15. **וַתִּקְרְבוּ** *Et appropinquarunt*, Ezech. 37. 7. Simile vide infra cap. 31. ad Futurum.

De Verbis Quiescentibus primâ \aleph .

Verba ab \aleph incipientia, ab hac analogia non rarò recedunt, unde Grammatici irregulare genus ex illis fecerunt

fecerunt, quod appellant, *Quiescentia Pe Aleph*, hoc est primâ radicali *Aleph*, propterea quòd litera \aleph est ex numero quiescentium literarum, tum etiam quòd hic sæpè quiescit scripta vel non scripta. At hæc propriè genus nullum constituunt, primò quòd major horum pars analogiam in conjugando imitatur: deindè quòd non generalem aliquam integrarum conjugationum, sed ferè certarum vocum, maximè in hoc Futuro, anomalam habent. Quod autem speciale est, in specie explicari debet. Analogia sunt; לִּגְבִּי *Lugebit*, Job. 14. v. 22. תִּצְרְפֶנּוּ *Congregabis*, Deut. 28. v. 39. & similia alia multa. Quæ anomala sunt, habent \aleph in Cholem quiescens, nunc expressum, nunc abjectum, ac sæpè præterea in Tzere desinunt. \aleph omnium maximè in prima singulari abjicitur, in reliquis minùs sæpè: ut, אָמַר *Dicam*, אֶחָזְקֶנּוּ *Diligam*, וְאֶחָזְקֶנּוּ *Et apprehendi*, Jud. 20. v. 6. Cum Π paragogico: אֶסְפְּרֶנּוּ *Congregabo*, Mich. 4. 6. אֶצְרְפֶנּוּ *Thesaurarios constitui*, Nehem. 13. v. 13. quod Kimchi in Michlol folio 114. vult esse ex Hiphil pro אֶצְרְפֶנּוּ propter activam significationem: תִּסְפָּה *Recipies*, Psal. 104. v. 29. $\text{וַתִּפְּרוּ$ *Et coxit eam*, 1. Sam. 28. v. 24. $\text{תִּמְרוּ$ *Dicetis*, 2. Sam. 19. v. 14. יִמְרוּךְ *Obloquantur tibi*, Psal. 139. 26. Cum \aleph expresso: $\text{אָבַד$ *Pereat*, Job. 3. 2. $\text{אָחַז$ *Prehendet*, Job. 18. v. 9. Accentu ad penultimam retracto, Tzere plerumque corripitur in Sægol: וַיִּסְפֶּה *Et congregavit*, 2. Sam. 6. v. 1. וַיִּאמֶר *Et dixit*, Genes. 1. v. 6. $\text{וַתִּאָחַז$ *Et tenuit*, Ruth. 3. v. 15. Unum est cum Schurek loco Cholem, quæ forma & antea in quibusdam personis observata est: ut: וַאֲנוּשָׁה *Et aegritudine afficior*, Psalm. 69. v. 21. Hæc autem; אֶחָב *Diligam*, Prov. 8. v. 16. $\text{וַאֲחָזְרָה$ *Et moratus sum*, Genes. 32. v. 4. $\text{תִּזְרֹחַ$ *Cursitas*, Jer. 2. v. 36. formam Chaldaicam habent, primâ radicali \aleph in Tzere occultatâ. Reliqua analogiam sequuntur.

נִפְקְדָה F.
נִפְקְדוּת

Infinit.

הִפְקֵד

Imperat.

P.

הִפְקֵדוּ

הִפְקֵדְנָה

S.

הִפְקֵד M.

הִפְקֵדִי F.

Futurum.

Sing.

fem.

masc.

תִּפְקְדִי

תִּפְקְדִי

אֶפְקֵד 1

תִּפְקֵד 2

יִפְקֵד 3

Plural.

נִפְקְדוּ 1

תִּפְקְדוּ 2

יִפְקְדוּ 3

ANNOTATIONES AD PRÆT.

נִפְקְדָה] Primâ gutturali: וְנִחְשָׁב Et imputabitur, Numer. 18. v. 27. נִאֲמַר Dictum est, Dicitur, Dan. 8. v. 26. Tria irregulariter in Cholem desinunt: נִהַפְּדוּ Convertum est, Esth. 9. v. 1. וְנִחְתָּם Et obsignabitur, Esth. 8. v. 8. וְנִצְתָּר Et exoratus, 1. Paral. 5. v. 20. Videtur autem hæc forma orta ex Cholem, tertia terminatione in Kal, etsi hæc exempla eam terminationem illic non habeant. Simile vide infra cap. 21. ad Præter. נִפְקְדֵד vide infra ad Præter. Hithpahel cap. 20. נִאֲשָׂא vide mox ad Participiū.

נִפְקְדָה] Huc referunt Kimchi & Aben Esra; וְנִשְׁכַּחַת Et oblivioni tradetur, Jesa. 23. v. 15. Est autem forma

ma

mæ Chaldaicæ, quomodo dicitur **הַשְׁתַּכַּחַת** *Inventa est*, Dan. 5. v. 11. Vide infra cap. 32. ad Præter.

נִפְקְרָתִי] Tertia radicalis ת syncopam patitur, ut supra in Kal: ut, **נִבְצַעְתִּי** *Consternatus sum*, Dan. 8. vers. 17. **נִצַּמְתִּי** *Succisus sum*, Job. 23. v. 17.

נִפְקְרוּ] Hinc anomala sunt; **נִבְנְאֵלוּ**, quod vide ad Præter. Pyhal, cap. 16. Item, **נִוְסְרוּ** quod vide infra capite 35. Unum hîc est ex prima radicali in Cholem quiescente, ut antè in Futuro Kal: **וְנִאֲרְחוּ** *Et possessores fient*, Num. 32. v. 30.

נִפְקְרוּ] Per Syncopam, **נִשְׁעַנּוּ** *Innitimur*, 2. Chron. 14. v. 11.

AD PARTICIPIUM PRÆSENS.

נִפְקָר] Fit à Præterito, mutatâ ejus terminatione Pathach in Kametz. Hinc est, juxta quosdam, cum ^oparagogico: **נִאֲדָרִי** *Magnificus es, vel, Magnificum exhibes te*, Exod. 15. v. 6. vel est Adjectivum participiale foemininum per Apocopam literæ ת Chaldæis familiarem, pro, **נִאֲדָרִית** *Magnifica est*; & ita referetur ad antecedens Nomen **יְמִינֶךָ** *Dextera tua*. Specialis anomalix est: **אֲנִי וְנִאֲשָׂר אֲנִי** *Et residuus ego*, Ezech. 9. v. 8. cum Epenthesi א & Pathach loco Kametz, pro **נִשָּׂאֵר**: aut est composita forma ex Præterito & Futuro, quasi mens utramq; formam linguæ simul suggesserit: ac si Propheta loqui voluisset, **וְנִשָּׂאֵרְתִּי** aut **וְנִאֲשָׂר** five **וְנִאֲשָׂרְךָ**: Consternatio autem & perturbatio ingens, ipsi confusam vocem expressit.

נִפְקָרָה] Et in ת: ut, **נִאֲכַלְתָּ** *Comeditur*, Lev. 11. 47. **נִכְחַדָּה** *Excinditur*, Zach. 11. v. 9.

AD INFINITIVUM.

הִפְקֵר] Infinitivus hîc habet propriam literam caracte-

racharacteristicam ה, quæ facit ut characteristica conjugationis abjiciatur, ne duæ formativæ concurrant: propter ipsius autem defectum ponitur Dagesch in prima radicali. Atque communiter ita in hac lingua, *Characteristica Temporis excludit characteristicam conjugationis*. Assumitur autem ה in locum literæ ג, ut differat hoc Tempus à præcedentibus, scribit Kimchi in Michlol folio 69. Si prima radicalis fuerit litera gutturis, Dagesch excidens compensatur per Tzere sub ה: ut האסף Aggregari, Numer. 12. v. 15. Est etiam hîc terminatio Cholem non infrequens: ut, האכל Comedendo, Levit. 7. v. 18. הנתן Tradendo, Jerem. 32. v. 4. Quædam hujus terminationis characteristicam conjugationis ג servant: ut, נלחם Pugnando, Jud. 11. v. 25. נשאל Postulando, 1. Sam. 20. v. 28. נכסף Desiderando Genes. 31. v. 30. נשלח Mittendo, Esth. 3. v. 13. Hujus quoque formæ est; נגוף Percutiendo, Jud. 20. v. 29. primâ radicali ג deficiente, & per Dagesch compensatâ, cùm alioqui reliqua ejus generis Verba sint analogâ. Huc quoque pertinet; נהגר Secundum propelli, Psal. 68. v. 3. pro נהגר formâ quali ex Infinit. Kal. גר, & hinc assumtâ literâ ה, compositâ. Specialis anomaliam est; הארוש An consulendo, Ezech. 14. v. 3. pro, ההרוש, altero ה in א commutato facilioris prononciationis gratiâ. Hæc, בעטף, בהרג, בכשלו vide lib. 2. cap. 20. in Syntaxi Præpositionum inseparabilem cum Verbis.

AD IMPERATIVUM.

הפקד] Servatur forma Infinitivi. Competit hic Imperativus propriè Verbis reciprocæ significationis: purè autem passiva hoc loco, ut & in aliis formis passivis, Imperativo carent, ut amplius explicatur capite 16.

in forma passiva Pyhal. Primâ gutturali; **הִאָסַף** *Aggrega te*, Deut. 32. v. 50. Unum est, juxta Kimchium in Michlol fol. 69. cum Characteristica **נ** ut in Infinitivo, formâ tamen præterea irregulari; **נִקְבְּצוּ** *Congregate vos*, Joel. 3. v. 11. pro **הִקְבְּצוּ**, cui simile infra cap. 50. ad Imperativum. Quibusdam citra ullam anomalam est purum Præteritum.

AD FUTURUM.

אֶפְקֹד] **א** ut reliquæ formativæ, non raro cum Chirekest: ut, **אֶרְרֶשׁ** *Consulor*, Ezech. 14. v. 3. **אֶשְׁבַּע** *Jurabo*, Genes. 21. v. 24. Sic cum **ה** paragogico; **אֶפְלֹטָהּ** *Eripiam me*, Genes. 19. v. 20. **אֶכְבֹּדָהּ** *Honorabor*, Exod. 14. v. 17. Hinc est unum, quod legitur cum paragoga literæ **ה**, sed scribitur absque **ה** hoc modo, **אֶכְבֹּד** Hag. 1. v. 8. ratio ejus apud Talmudicos legitur, qui de hac voce ita scribunt: *Quid docet ה* deficiens? *Quinq; res, quæ fuerunt in Sanctuario primo, & defecerunt in Sanctuario secundo, nempe Arca cum propitiatorio & Cherubim, Ignis, Præsentia majestatis divinæ, Spiritus sanctus, Urim Thummim, Tractatu Joma, cap. 1. in fine. Glossator addit, per Spiritum Sanctum intelligi Spiritum propheticum, qui cessavit ab anno secundo Darii. Hinc supplendus est R. Salomonis Commentarius, in quo primum omittitur: neque enim Urim & Thummim apud ipsum accipienda sunt pro duabus rebus, sed pro una. אֶסְעֶרְס* quod ad formam hujus personæ accedit, vide supra in futuro Kal.

תִּפְקֹד] In Pathach loco Tzere: **תִּשְׁבֵּר** *Constringeris*, Ezech. 32. v. 28. **תִּעָזַב** *Derelinquetur*, Jobi 18. v. 4.

יִפְקֹד] Primâ gutturali: **יִאָסַף** *Congregabit se*, Jerem. 47. v. 6. In Pathach: ut, **וַיֵּאָנַשׁ** *Et infirmatus fuit*, 2. Sam. 12. v. 15. **וַיִּנְפַּשׁ** *Et respiravit*, Exod. 31. v. 17. **וַיִּנְמַל** *Et ablactatus fuit*, Genes. 21. v. 8. **וַיֵּאָמַר** *Et renunciatum fuit*, Jos. 2. v. 2.

תִּפְקֹד

sunt activa, notantq; actionem transeuntem in alium: ut, לָמַד Didicit, לָמַד Discere fecit vel iussit, hoc est, Docuit, Instituit alium: Quæ autem in Kal sunt activa, hîc ferè idem significant, nisi quòd actio sæpè videtur intensior & gravior, aut etiam accuratior & frequentata magis designari: ut, שָׁבַר Fregit, שָׁבַר Confregit, Contrivit: צָמַח Germinavit: צָמַח Validè germinavit, Ezech. 16. 7. Neutra significatio videtur esse in sequentibus: פָּתַח הַסַּמָּר אֵפֶר אֵפֶר Aperuit se uva, Cantic. 7. 12. חָתַתָּה Confractus est, Jer. 51. 56. וּפְתָחוּ שַׁעְרֵיךָ תָמוּד Et aperientur porte tuae jugiter, Esa. 60. 11. וְשַׁעְרֵיךָ אֵפֶר לֹא פְתָחָה אֹזְנֵךָ Non fuit aperta auris tua, Esa. 48. 8. וְשַׁעְרֵיךָ אֵפֶר Et pilus tuus germinavit, Ezech. 16. 7. בְּשָׁמַיִם חָרְבֵי Quia inebriatus est in cælo gladius meus, Esa. 34. 5. Quidam Grammatici volunt, Chirek in his esse loco Kybutz, ut sint ex Conjugatione Pyhal. Id tamen non videtur solidum: Ita enim legitur quoq; בְּיָקָרְנוּ לָבוֹא Quia appropinquârunt venire, propè advenerunt, Ezech. 36. 8. Sunt etiam pauca quædam Verba, quæ primæ conjugationis contrarium significatum obtinent: ut, חָטָא Peccavit, חָטָא Expiavit à peccato. Monet Elias in libro Habbachur, non fieri istud nisi in Verbis derivatis à Nominibus, ut à שָׁרַשׁ Radix, fit in Pihel, שָׁרַשׁ Radicatus fuit, & Radices evulsit: à דָּשָׁן Cinis, דָּשָׁן Removit cineres: à רָמְסָא Ramus, רָמְסָא Ramos excidit: Huc referunt quidam, à יָבַם, יָבַם Fratris defuncti uxorem ducere, h. e. Removeere ab ea nomen בְּמָה Gloris, Fratris, & eam uxorem sibi facere: Deinde non licere nova talia effingere, sed tantùm quæ usus Bibliæ approbat, ea retinenda & observanda esse. Postremò non inconueniens esset, hanc conjugationem sequenti postponere, & quartæ continuò præmittere, cum ea ex hac nascatur: at quia Lexica nostra omnia, ut & Hebræi omnes, hanc secundo loco ponunt, ideo hîc nihil immutare voluimus.

Ad

Ad hanc Conjugationem etiam referuntur duo alia Verborum genera: Primum, quod à forma vulgò vocant פועל Povel, vel מרבע Quadratum, à quatuor literis: ut: זורם, שופט, לוישן. His peculiare conjugationes attri- buunt, quasi aliquid novi contineant. At nihil aliud habent, quàm anomalam hujus conjugationis Pihel, ob ejectum Dagesch, quod in Cholem conversum est, ut etiam fit in Defectivis secundâ radi- cali. Extant autem hujus formæ, pauca tantum voces, quæ suis locis adducentur. Alterum genus est, quod loco Dagesch habet unam vel alteram Radicis literam geminatam, aut per se in Radice quatuor aut quinque literas: ut, גלל, גלל, Devolvit, פרושן Expandit, & similia. Sed & hæc nullam aliam habent conjugandi anomalam, nisi quòd loco Da- gesch caracteristici habent expressam literam: reliquâ flexione planè cum hac conjugatione conveniunt, unde etiam ea huc refe- renda duximus. Quæ autem usitata sunt, in singulis Temporibus adducentur.

Præteritum.

Sing.

fœm.	masc.
פקרה	פקר 3
פקרה	פקרת 2
	פקרתי 1

Plural.

	פקרו 3
פקרתן	פקרתם 2
	פקרנו 1

Partic. præsens five Benoni.

P.

מפקדים

S.

מפקד M.

מפקדות { מפקדה F.
מפקדת

Participium Præteritum sive Pahul, quod peregrinum planè locum hîc vulgò obtinet, transposuimus in formam passivam, ubi geniturâ & origine suâ, usu etiam ac significatione, sedem propriam habet.

Infinitivus.

פָּקַד

Imperativus.

P.

פָּקַדוּ

פָּקַדְנָה

S.

פָּקַד M.

פָּקַדִי F.

Futurum.

Sing.

fœmin.

תִּפְקְדִי

תִּפְקְדִי

mascul.

אֶפְקַד 1

תִּפְקַד 2

יִפְקַד 3

Plur.

נִפְקְדוּ 1

תִּפְקְדוּ 2

יִפְקְדוּ 3

ANNOTATIONES AD PRÆTER.

פָּקַד] Sæpiusculè in Pathach desinunt, maximè si secunda vel tertia radicalis sit litera gutturalis aut 7: ut, אָבַד *Perdidit*, 2. Reg. 21. 3. נָהַג *Duxit*, Exod. 10. 13. שָׁבַר *Confregit*, Psal. 107. v. 16. Sic ante Makkaph: וּמָלַט *Et liberavit*, Eccles. 9. v. 15. לָמַד דָּעַת *Docuit scientiam*, Eccles. 12. v. 9. Propter gutturales: בָּלַע *Absorpsit*, Jesa. 25. v. 8. שָׁלַח *Dimisit*, Exod. 9. 7. פָּתַח *Solvit*, Job. 30. v. 11. quæ videntur per crasin sic esse: nam alibi est פָּתַח Job. 12. v. 18. Tria sæpius in Sægol desinunt: דִּבֶּר *Locutus est*, נָבַס *Lavit*, כָּפַר *Expiavit*. Dagesch characteristicum excidens, per vocalem

*Disjunctiva*, quâ partes ita segregantur, tanquam una tantùm vera esse possit: ut, וְ אֲדָמָה *Aut, vel, sive, seu*, וְ אֲדָמָה *Non sic, secus*. Sed & וְ disjunctivè sumitur, ut Exod. 21. v. 15. & alibi.

*Ratiocinativa* est, quâ enunciationis pars alia ex alia ratiocinando velut asseritur: estque vel *Causalis* vel *Rationalis*.

*Causalis*, quâ antecedentis rei causa redditur: ut, וְ אֲדָמָה *Nam*,



Hortantis, עָבַד Eja, agè: אָגַד Agirè.

Vocantis; הוּא Deus, & quandoque inseparabile ה de quo antè.

Optantis; וְ Utinam, ò utinam, Gen. 17. v. 18. אִם idem, Jesa. 64. 1. אִם אִם idem, אָמֵן Amen.



# THE SAURI GRAMMATICI

*Linguae Sanctae Hebrae*

LIBER SECUNDUS.

De Syntaxi five vocum structura.

## CAPUT I.

*De convenientiâ Nominis cum Nomine.*

**E**XPOSITA est Etymologia vocum singularum: Syntaxis vocum junctarum explicanda sequitur.

Syntaxis est secunda pars Grammaticæ, quæ vocum *structuram* interpretatur.

Structura est, quâ voces diversæ inter se vel *conjunguntur*, vel *conjunctæ distinguuntur*, ut illinc sermonis puritas, hinc sententiæ claritas evidentius elucescat. Conjunctioni vocum triplex anomalia communiter immixta est: *Ellipsis*, cum ad perfectum sermonem aliquid deest: *Pleonasmus*, cum in sermone quidpiam redundat: *Enallage*, cum vocum accidentia permutantur, ut cum

ut cùm casus pro casu, genus pro genere, Tempus pro Tempore, &c. ponitur, aut etiam (ut quibusdam placet) cùm una vocis species ponitur pro alia, ut Nomen pro Verbo, &c. quæ tamen anomalix ratio ab aliis *ἀνόμερα* potius vocatur.

Conjunctio vocum fit vel *Convenientiâ* vel *Rectione*. Convenientia est, quando vox voci in certis accidentibus citra rectionem convenit. Rectio, quando vox vocem certo fine flexionis aut certis accidentibus regit. Utramque primò considerabimus inter voces declinabiles, deinde inter indeclinabiles.

Convenientia vocis declinabilis, est vel *Nominis* cum *Nomine* & *Pronomine*, aut *Verbi* cum *Nomine* & *Pronomine*.

*Nominis* cum *Nomine* convenientia est vel *Substantivi* cum *Substantivo*, aut *Substantivi* cum *Adjectivo*, unde duæ communes Regulæ emergunt.

### REGULA PRIMA.

Substantivum cum substantivo ejusdem rei, in eodem genere, numero & casu convenit.

Hanc structuram Latini *Appositionem* vocant: ut,  
 בִּיד דָּוִד עַבְדִּי Per manum Davidis servi mei, 2. Sam. 3. v. 18.  
 הוֹשִׁיעַ אֶת עַמִּי יִשְׂרָאֵל Servavit populum meum Israel, ibid.  
 נַעֲרָה בְּתוּלָה Puella virgo, Deut. 22. v. 28.  
 אִשָּׁה אֶלְמָנָה אֲנִי Mulier vidua sum, 2. Sam. 14. v. 5.  
 בֶּן אִשָּׁה זוֹנָה Filius mulieris meretricis, Jud. 11. v. 1.  
 נָשִׁים פְּלִגְשִׁים Mulieres concubinae, 2. Sam. 20. v. 3.  
 אַחִים אֲנַחְנוּ Viri fratres sumus, Gen. 13. v. 8.  
 תְּרִבּוֹת אֲנָשִׁים חַטָּאִים Soboles hominum peccatorum,  
 Num. 32. v. 14.

Talia sunt in lingua Græca; *Ἡ θυγάτηρ ἀνθρώπου ἱερέως*, *Filia hominis sacerdotis*, Levit. 22. v. 12. *πρὸς γυναῖκα χήραν* *Ad mulierem viduam*, Luc. 2. v. 26. *αἱδρες ἀδελφοὶ* *Viri fratres*, Actor. 2. v. 29. *αἱδρες Ἰσραηλιταί*, *Viri Israelite*, v. 22. *αἱδρες Ἰσδαῖοι*, *Viri Judæi*, v. 14. Apud Latinos, *Occultans se in Tugurio mulieris ancilla*, *Salust. Jugur.* *Mulier meretrix*, *Plaut. Merc. Rectè ego emero matris tue ancillam viraginem*, *idem ibid.*

Huc quoque pertinet; *אֶרֶץ כְּנָעַן* *Terra Canaan*, *אֶרֶץ הַיְהוּדָה* *Terra Judæa*; *עִיר יְרוּשָׁלַיִם* *Urbs Jerusalem*, *יְרוּשָׁלַיִם* *Jerusalem laus*, *אֶרֶץ מִצְרַיִם* *Terra Aegyptus*; & similia, quæ duo substantiva habent formam numeri dualis, sed singulariter usurpantur, ut *Urbs Athene*, *Athene decus Græciæ*, *Oppidum Baje*: & similia: item, *Terra Græcia*, *Terra Italia*.

Rarò generis discrepantia est: ut, *וּמֵאֲכָלוֹ בְּרִיאָה* *Et cibus ejus optimum est*, *Abac. 1. v. 16.* id est, *בְּרִיאָה* *pecus pinguis & optima*.

*בְּשָׂרָה בְּאֶרֶץ מִדְבָּרָה* *Carnem in agro discerptum*, *Exod. 22. 31.* id est, *שְׂחֵרָה* *que sit discerpta, vel discerptum quid.*

*מִמֶּנָּה לֶחֶם* *Ex Aschero pingue panis ejus*, *Gen. 49. 20.* id est, *דְּבַר שְׂמֵן* *res queq; delicata ex Ascheri regione, erit ipsi cibus.* His similia sunt; *ἱερὸν ἢ βλαβή* *Sacrum consultatio, hoc est, res sacra est: Fama malum: Dulce est confecto ritè labore quies*, & alia plurima.

Utrique substantivo sæpè articulus, Præpositio, aut alia litera servilis præponitur, pleonasticè quidem, sed elegantia & emphasi singulari: ut,

*לְעַבְדְּךָ יַעֲקֹב* *Servi tui Jacobi*, *Gen. 32. v. 18.*

*שְׁלוּחָה לְאֵדְנִי לְעֵשָׂו* *Missum Domino meo Esau*, *ibid.*

*לְעַמִּי לְיִשְׂרָאֵל* *Populo meo Israeli*, *2. Sam. 7. v. 10.*

לְעַם לְצִיּוֹן Populo sylvanis, Psalm. 74. v. 17. id est, habitanti in sylvis & desertis locis. R. David Kimchi in suo Michlol fol. 57. de hoc literæ ל usu scribit, וַיָּבֹא זֶה וַיִּסְפֵּק בְּאַחַד אַחַר זֶה וַיִּסְפֵּק בְּאַחַד Venitq; interdum unum post alterum, cum sufficeret unum, id est, interdum pleonastice reperitur. Idem de reliquis formis sequentibus intelligendum.

אֶת עַמִּי אֶת יִשְׂרָאֵל Populum meum Israelem, 2. Sam. 7. v. 7. Simile, ὁ δὲ ποιμαίνει τὸν λαὸν μὲς τὸν Ἰσραηλ Qui pascet populum meum Israelem, Matth. 2. 6. οἱ αἰθραποιοὶ ποιμῆνες, Homines pastores, Luc. 2. v. 15.

בְּנֵעַר בְּאַבְשִׁלּוֹם In puerum istum in Absolomū, 2. Sam. 18. 11. אֶל עַבְדִּי אֶל דָּוִד Ad servum meum ad Davidem, 2. Sam. 7. 5. עַל עַמִּי עַל יִשְׂרָאֵל Super populum meum super Israelem, ibid. v. 8. ubi L X X. idem imitati, Ἰππὶ τὸν λαὸν μὲς τὸν Ἰσραηλ.

מִי כַעֲפָד כִּי־יִשְׂרָאֵל Quis sicut populus tuus sicut Israel? ibid. 22. עִם בְּנֵי עִם יִצְחָק Cum filio meo cum Isaaco, Gen. 21. 10.

## REGULA SECUNDA.

Adjectivum cum Substantivo in eodem genere, numero & casu convenit.

Substantivum autem hic regulariter præcedit: ut, לֵב נְבוֹן יִבְקֹשׁ דַּעַת Animus intelligens querit scientiam, Prov. 15 v. 14.

בֶּן חָכָם יִשְׁמַח אָבִי Filius sapiens latificat patrem, ibid. v. 20. הֵזֶן וַיִּסְפֵּי רַעִים רַבִּים Opes parant amicos multos, Prov. 19. vers. 4.

Sic & Pronomina & Participia, adjectivè nominibus substantivis addita: ut,

בְּיָמֵם הָהֵם In diebus illis, Gen. 6. 4.



בן מבין *Filius intelligens, Prov. 28. v. 7.*

הרב הוחרה וגם מרוטרה *Gladius exacutus est atq; etiam ex-*  
*politus, Ezech. 21. 9.*

Quandoque tamen præcedit adjectivum: ut,  
בירקן חרוץ *Subflavo auro, Psal. 68. 14.*

עב טיט *Densum lutum, Hab. 2. 6.*

רבים עמים *Multi populi, Ps. 89. 51.*

Cùm adjectivum præcedit, sæpè Ellipsis est Ver-  
bi substantivi intercedentis: ut,

ישר דבר יהוה *Rectum est verbum DOMINI, Psal. 33. v. 4.*

טובה חכמה עם נחלה *Bona est sapientia cum possessione,*  
*Eccles. 7. 12.*

רבים מכאבים לרשע *Multi sunt dolores improbo, Psal. 32. 10.*  
vide amplius lib. 2. cap. 14.

Et promiscuè dicitur, *איש כסיל Vir stultus, Prov. 14.*

*כסיל אדם, Prov. 15. v. 20.* item, *אנשים*

*חכמים Homines sapientes; & חכמים מחכמים Sapientes sa-*  
*pientissimi, Proverb. 30. 24.* Sic verò adjectiva ista, quæ

substantivorum etiam naturam induunt, promiscuè  
antecedunt, vel sequuntur. Apud Rabbinos, *איש צדיק*

*Vir justus, & צדיק גמור Justus perfectus: איש עשיר*

*Homo di-*  
*ves, & גדול עשיר Dives magnus.* Superius ex Prov. 15.

etiam explicari possit, *Stultus hominum*, ut alibi dicitur,

*חכמות נשים Sapientes mulierum, Proverb. 14. 1.*

Adjectivum nominale cum præfixo articulo ה  
quidam volunt superlativè sumi: ut,

כשמן הטוב *Sicut unguentum optimum, Psalm. 133. 2.*

את התשועה הגדולה הזאת *Salutem maximam hanc, Juda*  
*15. vers. 18.*

כי ישמעון את שמך הגדול ואת ירך החוקר *Nam audient*  
*de nomine tuo maximo, & manu tua robustissima, 1. Reg. 8.*

¶ 42. Sed de hoc usu literæ ה cum Nominibus adje-  
ctivis,

etivis, neque Kimchi, neque Elias quicquam notarunt, neque etiam ab interpretibus omnibus hoc est observatum. Gaudent verò plurimum Hebraei hoc articulo, unde nunc substantivo, nunc adjectivo, vel utrique simul cum præponunt, ut infra copiosius dicetur in Syntaxi Pronominum.

Adjectivum numerale singulare, nunc præcedit, nunc sequitur: Plurale & duale semper præcedunt, ut  
 מֵאָה וְאַלְפֵי אֲרָבָה הַכֶּסֶף *Mille & centum argenteos*, Jud. 17. 2.  
 יוֹם אֶחָד *Dies unus*, Gen. 1. 5.

בְּשָׁנָה הַשִּׁשִּׁית *In anno sexto*, Ezech. 8. 1.

שְׁלֹשִׁים בָּנִים וְשְׁלֹשִׁים בָּנוֹת *Triginta filii & triginta filie*,  
 Jud. 12. 7. 9.

שְׁנֵי עֵצִים *Duo ligna*, 1. Reg. 17. 12.

At, שֵׁפָה אַחַת וּדְבָרִים אֶחָדִים *Labi unius & verborum unorum*, Genes. 11. 1. ubi plurale sequitur, quod non rationem numeri, sed identitatis habet, pro *Eorundem*. Sic Terentius in Eunuchis: *Aderis una in unis edibus*, id est, iisdem. Et Cic. pro Flac. *Unis moribus & nunquam mutatis legibus vivere*.

Ex elegantissimis linguæ Hebrææ est, cum pro adjectivo periphrastice usurpatur substantivum, præcedente Præpositione ב, מ, sive לָ אוּת לְ: ut,  
 בְּלִ חֵיתוֹ בְּיַעַר *Omnes bestie in sylva*, Jesa. 56. vers. 9. id est, sylvestres. Vau cum Cholem est paragogicum: vide & Jer. 12. 9.

וְאַשְׁמֹרֶת בַּלַּיְלָה *Et vigilia in nocte*, Psal. 90. 4. id est, nocturna: vide & Cant. 3. 8.

יָעַץ בְּשֵׁכֶל *Consiliarius cum intellectu*, 1. Paral. 26. 14. hoc est, intelligens, prudens.

בְּיַד הַרְצָיִם בַּסּוּסִים *Per manum cursorum in equis*, Esth. 8. 10. id est, equestrium, veredariorum.

ובכל עבודה בשדה Et in omni opere in agro, Exod. I. 14. hoc est, agresti, rusticano, rurali.

מים במים Aqua in maribus, Genes. I. v. 22. h. e. marinæ. Cum מן sive מ: ut,

קדם אביעה חידות מני קדם Eloquar enigmata ab antiquitate, Psalm. 78. 2. hoc est, antiqua: vide & Psal. 143. v. 5.

הלך בדרך מרחוק Abiit viâ è longinquo, Prov. 7. v. 19. id est, longinquâ, longum iter ingressus est.

הגידו באימם מפרחק Annunciate in regionibus è longinquo, Jer. 31. 10. id est, longinquis.

מיצר אריה מיער Leo de sylva, Jer. 5. 6. hoc est, sylvestris.

ממתי מן מקור Ab hominibus è mundo, Psalm. 17. v. 14. id est, mundanis, mundum vel mundana sapientibus.

נספיהם מדם Libamina eorum ex sanguine, Psal. 16. 4. h. e. sanguinea, cruenta. Hujus generis est; ἄρτον ἐκ οὐρανόθεν, Panem è cælo, Joh. 6. 31. hoc est, cœlestem: nam

ἐκ οὐρανόθεν, pertinet ad panem, non ad sequens Verbum

ἔδωκεν, Dedit. Unde à Davide appellatur דגן השמים Fru-

mentum cœlorum, Psal. 78. 24. Sic apud Latinos observata sunt, Mercenarius à villa: Ter. Adelph. Aper

de sylva, apud Florum: Vicini è proximo, hoc est, proximi, Plaut. Aul.

Cum ל: ut,

מזמור לתודה Psalmus ad gratiarum actionem, Psal. 100. I. hoc est, εὐχαριστικὸς, quo gratiæ aguntur.

In hoc genere loquendi est Verbum Infinitum

pro Nomine: ut,

מזמור להוקיר Psalmus ad commemorandum, Psal. 38. v. I. hoc est, μνημονολογικὸς, memorialis.

מכתם לדוד ללמד Aureum carmen Davidis ad docendum, Psal. 60. v. I. id est, ψαλμὸς διδασκαλικὸς. Sic porro

dici

dici possit, *לְהַלְלֵנוּ מִזְמוֹר* Psalmus ad laudandum, h. e. *ἐπαινεῖν*, *לְהַתְּחַלֵּל* Ad precandum, *Εὐχαριστῆς*: *תְּחַלֵּל* Ad gratias agendum, *Εὐχαριστῆς*, Græci etiam dicunt ad hunc modum; *Ψαλμὸς εἰς ἀνάμνησιν*, Psalmus ad recordationem, Psal. 38. 1. & 70. 1. hoc est, memorialis: Sic, *εἰς ἐξομολόγησιν*, Ad gratiarum actionem, Psal. 100. 1. *εἰς διδασχλήν*, Ad doctrinam, Psal. 60. 1. *μνημονεύειν*, *ἐξομολογητῆς*, &c. Sic porro, *ἔγραψε ἑορταστικὴν εἰς ἀγαλλίασιν* Scripsit orationem ad exultationem, Tob. 13. 1. hoc est, *Εὐχαριστικὴν* gratulatoriam, quâ Deo gratias cum singulari animi lætitiâ & exultatione ageret. Apud Latinos: *Canes ad venandum*, pro, Venatorii: *Penna ad scribendum*, pro, Scriptoria, &c.

Denique non inueniunt hîc substantivum additur Adverbio, tanquam adjectivo: ut,

*מִפְתָּאֵד פְּתָאֵד* *Apavore subito*, Prov. 3. 25. id est, *subitane*.

*מִשְׁאֹל מִתַּיִם* *A sepulchro infra*, Prov. 15. 24. hoc est, *inferior*.

*אֵל תְּהִי עַד חֲנֹם* *Ne sis testis temerè*, Prov. 24. 28. id est, *temerarius*, absq; causa & falsò testimonium dicens.

*דַּם חֲנֹם* *Sanguis immeritò*, 1. Sam. 25. 31. id est, *innoxius*, immeritò effusus.

*אֲנָשִׁים מְעַט מְעַי* *Homines parum mecum*, Neh. 2. v. 12. id est,

*מְעַטִּים* *pauci*, ut R. Salomon interpretatur.

*בְּכָל הַגּוֹיִם סְבִיב* *In omnes gentes circum*, 1. Reg. 4. 31. id est, *circumjacentes*. Sic Zach 12. 7. 6. vide etiam infra cap. 3. Reg. 1. Talia sunt & Græcis familiaria: sicut

*τὰς κύκλῳ ἀγρῶν* *In agros circum*, id est, *circumjacentes*.

Marc. 6. 36. *τῶν πάλαι αὐτῶν ἀμαρτηῶν*, *Suorum olim*

*peccatorum*, id est, *pristinorum*, 2. Pet. 1. 9. *τὰ πρὸ ἐργα*

Antè res gesta, id est, præteritæ, apud Sophoc. ὁ πρὸν χρό-  
 νῳ. Antè tempus: ἀεὶ χρόνῳ. Semper tempus: ἡ πρὸν  
 ἀχρόστια, Pridem deformitas, pro, Pristina; & similia  
 plurima. Apud Latinos: Heri semper lenitas, verebar  
 quorsum evaderet, Terent. And. 1. 2. pro, Perpetua lenitas.  
 Namq, erit ille mihi semper Deus, Virg. pro, Sempiternus.  
 Neg, enim ignari sumus antè malorum, idem 1. Æneid.  
 pro, Præcedentium: Peccare fuisset Antè satis, idem 9.  
 Æneid. Antè peccare πρὸν ἀμαρτῶν, pro, Pristinum  
 peccatum. Egressam longè Phasidos isse viam, Propert. li-  
 bro 1. ad Gal. ubi Longè viam, pro, Longinquam viam.  
 Vidit omnem circa regionem Jordanis, Genes. 13. v. 10. in  
 Vulgata Latina, pro, circumjacentem.

CAPUT II.

De anomalis in convenientia Nominis  
 cum Nomine.

Primo Nomina dominii, אֲדֹנָי, אֱלֹהִים, אֱלֹהֵי, ex lin-  
 guæ usu & proprietate, efferuntur numero plu-  
 rali cum antecedenti singulari, ad summam dignita-  
 tem & honorem excellentissimum personæ indican-  
 dum, ut Hebræorum interpretes tradunt. Erit ergo  
 Enallage pluralis pro singulari: ut,

Sub femore Abrahami dominorum  
 suorum, Gen. 24. 9. pro אֲדֹנָי domini sui: dicitur enim  
 de solo Abrahamo.

Vir ille domini (plur.) terræ istius, Genes. 42.  
 v. 30. pro אֲדֹנָי Domini, de solo Josepho.

De nomine Schemer, dominorum mon-  
 tis, 1. Reg. 16. 24. pro אֲדֹנָי Domini.

Dominis suis regi, Genes. 40. v. 1. pro לְאֲדֹנָי  
 Domino suo.

אלהים

יהוה אלהים DOMINUS Dii, Gen. 2. 5. pro אלהים Deus,  
 בעליך עשיר Conjuges tui factores tui, Jesa. 54. 5. pro, Con-  
 jux tuus opifex tuus, de unico & vero Deo dictum,  
 עשיר אלהים Deus factores mei, Job. 35. 10. De hoc loquendi  
 genere vide plura mox infra.

Deinde varia est anomalia inter Nomen substan-  
 tivum & adjectivum. Sæpè enim in genere vel nume-  
 ro diversimodè conjunguntur, & quidem vel solum  
 substantivum & adjectivum, vel unum adjectivum di-  
 versis substantivis respondens, unde speciales quæ-  
 dam anomalix oriuntur, quæ tamen ad Enallagen re-  
 ferri possint.

Primo, Adjectivo singulari substantivum plurale  
 junctum, distributionem sive partitionem denotat: ut,  
 ישר משפטיך Rectum est judicia tua, Psal. 119. v. 139. hoc est,  
 unumquodque judiciorum tuorum.

שדמות חשבון אמלל Arva Chesbonis languidum est, Jesa. 16. 8.  
 id est, quodque arvum. Est verò hic etiam generis  
 discrepantia. Sed שמדות pluraliter in genere sumit-  
 tur pro vitibus, arvis & agris quibuslibet, unde adje-  
 ctivum ipsi genere masculino ceu digniore, adjungitur.  
 בתחמות רבה In abyssis magna, Psal. 78. 15. hoc est, quæque  
 abyssorum magnarum.

Secundo, Adjectivis numeralibus singularis numeri  
 junguntur plerunque substantiva pluralia: ut,  
 שלשה מלכים Tres reges, Dan. 11. 2.  
 ויחי שת חמש שנים Et vixit Seth quinq; annos, Gen. 5. v. 6.  
 מאה פעמים Centum vicibus, 2. Sam. 24. 3.

E contrario, Numeralibus pluralibus, junguntur  
 substantiva singularia: ut,  
 זה עשרים שנה Hos viginti annos, Gen. 31. 38.  
 שלשים אלף Triginta millia, Num. 31. 39.

וְתָקַח עִמּוֹ מֵאֲתֵיּם כֶּסֶף Et tulit secum ducentos argenteos,  
Jud. 17. v. 4.

Numeralibus in utroq; numero conjunctis, substantivum convenit numero minori: ut.

בֶּן־שָׁלֹשׁ וְשִׁמְנִים שָׁנָה Filius trium & octoginta annorum,  
Exod. 7. v. 8.

שְׁמֹנֶה עָשָׂר וְחֲמִשָּׁה אִישׁ Octoginta & quinque viri, I. Sam. 22. 18.

אֶלֶף וְשִׁבְעָה אֶלֶף שְׁמֹנֶה וְשִׁבְעָה אֶלֶף Octoginta & septem millia, I. Par. 7. 5.

Sæpè tamen etiam analogam constructionem esse, paulò antè visum est.

Observant quidam, in numeratione Dierum, & Annorum, ab Uno ad Decem, ea poni in numero plurali: ut שלשה ימים Tres Dies, שבוע שנים Septem anni: A Decem & ultra in singulari numero: ut, אחד עשר יום Undecim dies, מאה שנה Centum anni, עשרים שנה Viginti anni. Et sic usque ad mille, inde rursùm, אלף שנים Mille anni.

Tertio, Substantivis pluralibus diversi generis, subjicitur adjectivum in genere masculino tanquam digniore: ut,

חֻקִּים וּמִצְוֹת טוֹבִים Statuta & precepta bona, Neh. 9. v. 13,  
hïc adjectivum טובים refertur juxta sensum ad utrunque substantivum, genere autem convenit cum masc. חֻקִּים.

כָּל הַפֶּתָחִים וְהַמְּזוּזוֹת רִבְעִים Omnes portæ & postes quadratæ,  
I. Reg. 7. 5.

בְּנֵיךָ וּבָנוֹתֶיךָ נִתְּנִים לְעַם אֲחֵר׃ Filii tui & filia tua traditi populo alteri, Deut. 28. 32. vide & Job. I. 13.

Quarto, Quandoq; duobus vel pluribus substantivis adjectivum adjungitur, quod cum propiore tantum consentit: ut.

וּפְנֵיהֶם וּכְנֵפֵיהֶם פְּרוּדוֹת Vultus eorum & alæ eorum extense,  
Ezech.

Ezech. i. ii. hîc adjectivum participiale respondet in genere & numero, propiori: prius enim masculinum est.

אפי וחמתי נתקרת Ira mea & excandescencia mea fusa est, Jer. 7. 20.

Quintò, Quandoque duobus substantivis subijcitur adjectivum, conveniens posteriori, cum debet priori: ut,

קשת גברים חתים Arcus fortium confractus, 1. Sam. 2. 4. hîc חתים genere & numero convenit cum propiore גברים sensu autem cum priore, pro קשת חתה Arcus confractus.

וצפוחת השמן לא חסר Et ampulla olei istius non erit deficiens, 1. Reg. 17. 16. pro חסרה ut vers. 14. eidem huic locutioni respondet Verbum faemininum תחסר deficiet. Quidam volunt per Hypallagen hæc dici, quasi גברי קשת חתים Potentes arcu fracti sunt, שמן צפוחת חסר Oleum ampulle deficiens. Sed mos est lingue, scribit Kimchi ad hunc locum, ut adjectivum vel verbum conveniat cum propiore. Hoc tamen non semper fieri, docent ante posita exempla, & videbitur amplius in Verbis cap. 10.

Sextò, Duobus vel pluribus substantivis singularibus, sive unius sive diversi generis fuerint, adjungitur adjectivum plurale genere masculino: ut,

שאול ויהונתן הנאהבים Saul & Jehonatan dilecti, 2. Sam. 1. 23. אני ובני שלמה חטאים Ego & filius meus Salomon peccatores, 1. Reg. 1. 21.

ענן וערפל סביביו Nubes & caligo sunt circuitus ejus, Ps. 97. 3.

אברהם ושרה זקנים Abraham & Sara Senes, Gen. 18. 11.

עברי והעבריה חפשים Hebraei & Hebraeam liberos, Jer. 34. 9.

Anomalie communes. ELLIPSIS quandoque est substantivi, quandoque adjectivi.



Substantivi, quando adjectivum masculinum tantum exprimitur, substantivo commodè subintellecto: ut,

בַּעֲשֵׂרֵי בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ *In decimo, in uno mensis, Gen. 8. 5. quod plenè esset, בַּחֹדֶשׁ עֲשָׂרֵי בְּיוֹם אֶחָד Mensè decimo, die uno sive primo.*

וְכָל מַלְאָךְ נִקְלָה *Ilia mea plena sunt vili, Psalm. 28. v. 8. hoc est, דְּבַר נִקְלָה Re vili, aut נִקְלָה נִגַע Plagâ vili & contentâ, ut Kimchi supplet.*

וְיָמֵי מַלְאֵי יַסְעוּ לָמוֹ *Et aqua pleni exprimentur eis, Psal. 73. 10. hoc est, כּוֹס מַלְא Poculi pleni.*

כִּי יָבֹא בְּחֹזֶק יָבוֹת *Cum forti veniet, Jes. 40. 10. scil. יְמֵי מַנּוּ, quod aliquando masculinum est, ut Ab. Esra notat.*

אֶל פֶּתַח שַׁעַר הַפְּנִימִית *Ad ostium portæ interioris, Ezech. 8. 3. h. e. הַחֲצֵר הַפְּנִימִית Atrii interioris. Hanc Ellipsin discrepantia generis indicat. Nam שַׁעַר masculinum est, הַפְּנִימִית fœmininum, quod ad nomen subintellectum חֲצֵר referendum est.*

Deinde, cum adjectivum fœmininum absolutè usurpatur, ut apud Latinos Nomina generis neutri: ut, לְשׁוֹן מְדַבֶּרֶת גְּדוֹלוֹת *Lingua loquens magna, Psal. 12. 4. pro אִמְרוֹת גְּדוֹלוֹת sermones grandes.*

וְהִבְרִיאתֶם תְּחִבּוֹ *Opimum mactabitis, Ezech. 34. v. 3. subaudi, צֹאן Pecus.*

אֶחָת שְׂאלָתִי אוֹמֵה אֲבַקֵּשׁ *Unum petii, illud requiram, Psal. 72. 4. hoc est, שְׂאֵלָה אֶחָת Petitionem unam.*

וְדַבֵּר אִתָּנוּ קְשׁוֹר *Loquitur nobiscum dura, Genes. 42. v. 30. supple, אִמְרוֹת verba. Talia sunt, Prov. 18. 23. Job. 40. 5. 22. Jesa. 32. 4.*

אֵין בְּפִיּוֹ נִכּוֹנָה *Non est in ore ejus rectam, Prov. 5. 10. sup. מְלָה Verbum.*

לֹא אֶחָת וְלֹא שְׁנַיִם *Non unum neque duo, 2. Reg. 6. 10. sup.*

פָּעַם Vice unâ aut duabus, *id est*, Non semel atque iterum.

כְּעֶדֶר הַקְּצֹבוֹת *Sicut grex precifarum, Cant. 4. 2. sup.* וְחֵלִים קצובות Ovium sive pecudum tonfarum.

חֲנוּר חֲדָשׁוֹ *Accinctus novo, 2. Sam. 21. 16. sup.* חָרֵב Gladio, ut Kimchi notat: וְכִי יִרְדֵּה הַמִּקְרָא בְּהִרְבֵּה מִקּוֹמוֹת *hoc est*, Et sic mos est Scripturæ in multis locis, deficiens autem subintelligitur juxta sensum.

וּמֵאֵלוֹ בְּרִיאָה Et cibus ejus pingue (sc. שֶׁה) Pecus; Hab. 1. 5. 16.

Tertio, quando adjectivum respondet substantivo, quod cum altero substantivo constructum est: ut, אִמְרַת יְהוָה צְרוּפָה *Sermo Domini purgatus est, Psal. 18. v. 13.* תּוֹרַת יְהוָה תְּמִימָה *Lex Domini perfecta est, Psal. 19. 8.* יִרְאַת יְהוָה טְהוֹרָה *Timor Domini mundus est, ibid. vers. 10.* פְּקוּדֵי יְהוָה יְשָׁרִים *Præcepta Domini recta sunt, v. 9.*

In his & similibus concisa est locutio. Convenientia enim semper est vocum integrarum, non autem ob aliam structuram corruptarum. Unde adjectivum cum substantivo constructo cohærere non potest, nisi subaudito substantivo absoluto, qualis locutio plena est in hoc, אִמְרוֹת יְהוָה אִמְרוֹת טְהוֹרוֹת *Eloquia Domini eloquia munda (sunt) Psal. 12. 7.* Sic itaq; & alia explicanda erunt; nempe אִמְרַת יְהוָה צְרוּפָה *Sermo Domini sermo purgatus est*; & sic reliqua.

Adjectivi Ellipsis est, quando substantivum solum ponitur, adjectivo sensui commodo, subaudito; ut, הַנֶּחֱתוּ שֶׁלֶג כְּצֹמֶר *Qui dat nivem sicut lanam, Psal. 147. v. 16.* הַלְבֵּן *albam.* Sic intelligendum quoq; Jefa. 1. 18.

מִלְבָּשִׁים בְּגָדִים *Induti vestibus, 2. Reg. 22. v. 10. scilicet*

תמודות desideratissimis, pretiosissimis, nempe vestibus regiis.

בַּחֲזָרִים מֹרִינִי אֲנָשִׁים Morientur viri, 1. Sam. 2. v. 33. scil. Electi, hoc est, Juvenes selectâ ætate.

בְּאֲנָשִׁים בָּא Venerat inter homines, 1. Sam. 17. 13. scil. זְקֵנִים senes, hoc est, provecâ ætate, & grandævus inter homines erat.

בְּיָמֵם בָּאִים Venerant in dies, Gen. 18. 11. sc. רַבִּים multos, hoc est, vergentes, sive proveci ætate erant.

זֶרַע אֲנָשִׁים Semen virorum, 1. Sam. 1. 11. pro זְכָרִים hominum masculorum, hoc est, semen virile, ut Kimchi enarrat, vel צְדִיקִים justorum, aut חֲכָמִים sapientum, ut R. Salomon supplet.

מֵאֲכָלִים כְּרִים מֵצֹאן Comedentes agnos è grege, Amos 6. v. 4. pro כְּרִים שְׂמָנִים agnos pinguisimos.

וְיֵשׁ בְּעֶדְרוֹ זָכָר Si est in grege ejus masculum, Mal. 1. 14. scil. זָכָר תָּמִים Masculum pecus integrum.

מֵצָא אִשָּׁה מֵצָא טוֹב Inveniens uxorem, invenit bonum, Prov. 18. v. 22. nempe אִשָּׁה טוֹבָה Uxorem bonam: nam qui malam invenit, malitiam malitiæ invenit.

נִבְחָר שֵׁם מֵעֶשֶׂר רַב Præstantius est nomen, quàm divitiæ multa, Proverb. 22. v. 1. id est, טוֹב bonum nomen.

חֲמֹר לַחֵם Asinum (ferentem) panem, 1. Sam. 16. 20. subintell. נוֹשֵׂא.

PLEONASMUS primò est in locutionibus numeralibus, repetito nunc substantivo, nunc adjectivo: ut,

בְּשָׁנַת עֶשְׂרִים וְשָׁלֹשׁ שָׁנָה In vigesimo & tertio anno, 2. Reg. 13. 1. pro Anno vigesimo tertio.

חֲמֵשׁ שָׁנִים וְשִׁשִּׁים שָׁנָה Quinq, annos & sexaginta annos, Genes. 5. 15.

צֹאן שֵׁשׁ מֵאוֹת אֶלֶף וְשִׁבְעִים אֶלֶף וְחֲמֵשָׁת אֶלְפִים Pecudum sexcenta

sexcenta millia & septuaginta millia, & quinq; millia, Numer. 1. 32. pro sexcenta septuaginta quinque millia.

Secundo, in continua repetitione, nunc substantivi, nunc adjectivi. Substantivum in singulari numero continuo repetitum, distributionem denotat. Alterum enim loco adjectivi distributivi est, quo Hebræi carent: ut, ויהיו עושים נוי אלהיו *Et erant facientes* (id est, faciebant) gens gens deos suos, 2. Reg. 17. 29. id est, singulæ gentes faciebant sibi deos.

וְקַח מֵאֵתָם מִטָּה מִטָּה *Accipe ab illis virgam virgam*, Num. 17. v. 2. id est, singulas virgas.

אִישׁ אִישׁ כִּי תִשָּׁטָה אִשְׁתּוֹ *Vir vir quum declinaverit uxor ejus*, Num. 5. 12. id est, quum ullius viri uxor, vel, cujuscunque viri uxor declinaverit. Simile Levit. 15. 2. & 24. 15.

עֶדְרָה עֶדְרָה *Gregem gregem solum ipsum*, Genes. 32. 16. id est, quemque gregem seorsum.

עֶשְׂרוֹן עֶשְׂרוֹן תַּעֲשֶׂה *Decimam decimam parato*, Num. 29. 31. id est, singulas decimas.

שְׁנַיִם שְׁנַיִם בָּאוּ *Duo duo ingressa sunt*, Genes. 7. 9. id est, bina: vide & 1. Par. 26. 27. Vide præterea Genes. 7. 2. Ex. 16. 21. Deut. 14. 22. Esth. 3. 15. 1. Paral. 9. 27. 32. 2. Paral. 13. 11. Psal. 61. 9.

Sic in Novo Testamento; ἀποστείλει δύο δύο. *Mittere duo duo*, Marc. 6. 7. id est, binos, singula paria. Item συμπόσια συμπόσια, *Per convivia convivia*, v. 9. id est, singulas convivantium atq; accumbentium classes. Item πηγύθαι πηγύθαι *areole, areole*, v. 40, id est, areolatim.

Quòd si copula & interveniat, tum diversitas significatur: ut,

יְדַבְּרוּ בְּלֵב וּבְלֵב *Corde & corde loquuntur*, Psal. 12. v. 3. id est,

לִבְכוֹת בְּשֵׁתֵי לִבְכוֹת duplici corde, quorum unum in ore, alterum in pectore est, ut Hebræi exponunt.

לֹא יִהְיֶה לְךָ בְּכִסֶּף אֲבֹן וְאֲבֹן Non erit tibi in loculo tuo pondus & pondus, Deuter. 25. 13. hoc est, diversum pondus, alterum majus, alterum minus. Sic עֵפָה וְאֵפָה Ephā & Epha, ibid. v. 14.

וְיָלַד בְּרָהּ Vir & vir natus est in ea, Psalm. 87. 5. id est, hic & ille, diversi, quàm plurimi.

עַד־שְׁנֵי דוֹר וְדוֹר Usq; ad annos generationis & generationis, Joel. 2. v. 2. id est, diversarum ac plurimarum generationum.

Sic in diverso genere vel numero: ut,

מִשְׁעָן וּמִשְׁעָן Scipionem & scipionem, Jesa. 3. v. 1. id est, hunc & illum, aquæ & panis vim & facultatem nutriendi.

שָׂרִים וְשָׂרוֹת Cantatores & cantatrices, Eccl. 2. v. 8. hoc est, varios cantores, diversa musices genera.

שִׁירָה וְשִׁירָה Symphoniam & symphonias, ibid.

Si nomen כל præponatur, tum vis distributio-  
his manet: ut,

בְּכָל־שָׁנָה וְשָׁנָה In omni anno & anno, Esth. 9. v. 21. hoc est, quotannis, singulis & omnibus annis.

בְּכָל־דָּוָר וְדוֹר מִשְׁפָּחָה וּמִשְׁפָּחָה מְדִינָה וּמְדִינָה וְעִיר וְעִיר In omni ætate & ætate, familia & familia, provincia & provincia, civitate & civitate ibid. v. 28. hoc est, unaquaque ætate, &c.

Hic per Ellipsin voculæ כל explicanda sunt:

בִּינֵנו שָׁנוֹת דוֹר וְדוֹר Considerate annos ætatis & ætatis, Deut. 32. 7. id est, cujusque ætatis. Sic Psal. 89. 2.

זְקֵנֵי עִיר וְעִיר Seniores urbis & urbis, Esr. 10. 4. id est, cujusque urbis.

בְּאָמְרָם אֵלָיו יוֹם וְיוֹם Quum dixissent ad illum die & die, Esth. 3. 4. hoc est, quotidie.

Porro

Porro substantivi geminatione, notatur etiam  
emphasis, certitudo ac vehementior omninò animi  
affectus: ut,

צדק צדק תרדף *Justitiam Justitiam sectaberis*, Deut. 16. 20.

חרב חרב החרבה *Gladus, gladius exactus est*, Ezech. 21. 9. ul. 14.

בדרך בדרך אלה *Per viam, per viam ibo*, Deut. 2. v. 27. quasi  
dicat, *viâ rectâ, communi & regiâ, nullibi deflectam.*

מעי מעי *Viscera mea, viscera mea doleo*, Jer. 4. 19.

ראשי ראשי *Caput meum, caput meum*, 2. Reg. 4. 19.

אלי אלי *Deus mi, Deus, mi*, Psal. 22. 1.

בני בני אבשלום *Absalom fili mi, fili mi*, 2. Sam. 18. 33. Sic,

cùm geminato nomine vocamus aliquem: Abraham,

Abraham, Genes. 22. 11. Moses, Moses, Exod. 3. v. 4. Sa-

muel, Samuel, 1. Sam. 3. v. 10. Jacob, Jacob, Genes. 46. 2.

Vide & infra in Verbis similia.

Si ter repetatur, major orationis vehementia in-  
dicatur: ut,

ארץ ארץ ארץ *Terra, terra, terra*, Jerem. 22. 29. q. d. *ô terra*

omnium terrarum præstantissima & laudatissima,

ut R. Sal. explicat.

עוה עוה עוה אשימנה *Perversitatem, perversitatem, perversi-*  
*titatem, disponam eam*, Ezech. 21. 37. *id est, funditus ever-*  
*sam reddam eam.*

קדוש קדוש קדוש Vide mox inter adjectiva.

היכל יהוה היכל יהוה היכל יהוה *Templum Domini, tem-*

*plum Domini, templum Domini sunt*, Jerem. 7. v. 4. quasi

dicat, unicum & carissimum Domino templum.

At substantivum plurali numero continuò repe-  
titum, majorem multitudinem significat: ut,

ועמק השדים בארת בארות חמר *Et vallis Siddim erat putei,*

*putei bituminis*, Gen. 14. 10. *id est, puteos plurimos habe-*

*bat bituminis, passim abundabat, referta erat puteis.*

וַיִּצְבְּרוּ אוֹתָם חֲמֹרִים חֲמֹרִים *Et colligebant eos, acervos acervos,*  
*Exod. 8. v. 14. i. e. acervatim, per multos acervos.*

הַמְּנִים הַמְּנִים *Turba, turbae, Joel. 3. v. 14. id est, Maxima*  
*multitudo populorum.*

עֲשֵׂה הַנַּחַל הַזֶּה גְּבִים גְּבִים *Fac torrentem hunc foveas, foveas,*  
*2. Reg. 3. v. 16. id est, fac in eo plurimas foveas.*

מִדְּחֹרוֹת זְחֹרוֹת *Propter plausus, plausus, Jud. 5. 22. id est,*  
*per multiplicem & incitatissimum equorum plau-*  
*sum ac cursum.*

Adjectivi continuâ geminatione, superlativa  
 locutio significatur: ut,

מִן הָאָדָם הָרֹשֶׁה *De rufo, rufo isto, Gen. 25. v. 30. id est,*  
*admodum rufo, scil. הַבְּשׂוּל edulio sive cocto.*

וְעִמּוֹק עִמּוֹק מִי יִמְצְאוּ *Et profundum profundum, quis inveniet*  
*illud, Eccles. 7. v. 25. hoc est, maximè vel summè pro-*  
*fundum, quàm profundissimum & abstrusissimum.*

וְעַתָּה הֲטוֹב טוֹב אִתָּה מִבְּלֶק *Et nunc an bonus, bonus es tu præ*  
*Balabo, Jud. 11. v. 25. hoc est; an multò vel longè præ-*  
*stantior es.*

אַל תִּדְבְּרוּ גְבוּהָ גְבוּהָ *Ne loquamini elatum, elatum, 1. Sam.*  
*2. 3. hoc est, admodum elatè, superbulimè.*

רַע רַע יֵאמַר הַקְּנֵה *Malum, malum est, aut emptor, Proverb.*  
*20. 14. hoc est, pessimum.*

קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ יְהוָה צְבָאוֹת *Sanctus, sanctus, sanctus*  
*DOMINUS exercituum, Jesa. 6. v. 3. hoc est, omnino*  
*sanctus, & omnium sanctorum sanctissimus.*

ENALLAGE numeri: ut,

הַכֹּהֲנִים הַמְּקֻדְּשִׁים *Sacerdotibus sanctificato, pro, sanctificatis,*  
*Ezech. 48. v. 11.*

Deinde est frequens enallage numeri cardinalis,  
 ut vocant, pro ordinali: ut,

יּוֹם אֶחָד *Dies unus, Gen. 15. pro, ראשון primus.*





אלהים צדק *Deus iuste, Psal. 7. 10.* R. David Kimchi ad locum Jesajæ notat: לַיְחִיד תְּפָאֶרֶת לְשׁוֹן אֲדוֹנָי *id est, Nomen Adonim (num. plur.) honoris causâ dicitur de unico.* Idem in libro Radicum, in Radice אֲדוֹן scribit; Adonai numero plurali dicitur de unico honoris causâ. In Michlol de Nominibus masculinis pluralibus scribit: וְיֵשׁ שִׁבּוּעַ הַיּוֹד וְהַמֶּם: בְּלִשׁוֹן תְּפָאֶרֶת עַל הַיְחִיד Mem causâ decoris de unico. Jod & Mem, *id est, terminatio Nominum pluralium masculinorum.* R. Salomonis Jarchi ad locum Jesajæ glossa hæc est: כָּל לִשׁוֹן אֲדוֹנוֹת קְרוֹי בְּלִשׁוֹן רַבִּים וְאֶפְלוּ יְחִיד *id est, Omne vocabulum domini effertur numero plurali, etiam de unico.* Vide plura de hoc loquendi genere infra cap. 9. in Enallage.

Tertio, Enallage casus, quando substantivum, per rectionem, in genitivo casu ponitur: ut; חַכְמוֹת נְשִׁים *Sapientes mulierum, h. e. Sapiens mulier unaqueq, Prov. 14. 1.*

Talia putant esse etiam; נְסִיכֵי אָדָם *Principes hominum, Mich. 5. 5.* אֲבִיוֹנֵי אָדָם *Egeni hominum, i. e. homines, Esa. 29. 19.* Talia sunt apud Latinos; *Canum degeneres, Nigra Lanarum.* Apud Græcos; οἱ ματαῖοι τῶν ἀνθρώπων *Vani hominum, h. e. homines: ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν, In una Synagogarum &c.* Horum quædam superlativè exponi possunt. Vide cap. 3. Reg. 4.

Quarto, Enallage generis judicatur esse in sequentibus: ut, רוּחַ גְּדוּלָה וְחֹק *Ventus magnus & vehemens, 1. Reg. 19. v. 11.* אַל תִּזְכֹּר לָנוּ עֲוֹנוֹת רֵאשׁוֹנֵינוּ *Ne recorderis nobis iniquitatum priorum, Psal. 79. 8.*

לְפֶתַח הַחַטָּאת רַבָּה *Ad fores peccatum excubans est, Gen. 4. 7.*

את כל כפר הירדן כי כלה משקה *Totam planiciem Jordanis, quod tota esset irrigua, Gen. 13. 10.*

וכל המלאכה נמכה ונמס *Et omnem substantiam contemptibilem & tabescentem, 1. Sam. 15. 9.*

תאכלהו אש לא נפת *Consumet eum ignis non sufflatus, Job. 20. vers. 26.*

אשר ארחותיהם עקשים *Quorum semita perversa sunt, Prov. 2. 15.*  
ואפלה מנדה *Et caligo impulsiva, Jesa. 2. 82.*

In primo exemplo prius adjectivum foemininum est, alterum masculinum. Hanc discrepantiam excusat Nomen substantivum רוח quod generis communis. In secundo adjectivum ראשונים non est epitheton præcedentis substantivi, sed juxta Kimchium & Ab. Efram, substantivi intellecti ימים *Temporum*, vel *זמנות Patrum, Majorum*. De tertio vide infra cap. 18. Reg. 1. In quarto כפר foemin. est, cui & respondet כלה *Tota ipsa*, sed משקה masculinum est. Illud ergo & supplendum per ארץ משקה *Terra irrigans*. In quinto מלאכה quidem foemininum est, sed sensum illic habet vocis מקנה quod Nomen masculinum est, cujus respectu ipsi adjectivum ultimum genere mascul. convenit. In sexto cum Nomen אש jungitur verbum foemininum & adjectivum participiale masculinum, quæ anomalia tolerari potest, quum Nomen אש sit generis communis. In septimo עקשים non refertur ad antecedens substantivum, sed ad superiorem orationem, in qua agitur de *Viris loquentibus perversitatem*, qui hîc dicuntur עקשים *Perversi*. Deinde ad ארחותיהם assumenda Præpositio כ ex sequenti versus membro, ut sit sensus, *Qui in semitis suis perversi sunt*. In octavo nulla quoq; discrepantia, sed מנדה referendum ad superiorem orationem, in qua exprimitur נקשה ורעב *Duris-pressus & famelicus*. De eodem dicitur

מנרדו *Impulsus*, ut sit sensus, *Et caligine impulsus*. Hoc modo & alia similia explicari poterunt, ut Nomen genere discrepans, vel ad intellectum referatur, aut ex textu ipso explicetur ratione antecedentis sententiæ. Vide cap. 10. in Enallage generis Verborum.

Quidam volunt aliquando respectum haberi ad Numerum singularem, in iis scil. Nominibus, quæ in singulari sunt masculina, pluralem autem habent fœmininum: Huc referunt seqq.

וַעֲשֵׂת אֶת גְּרוֹתֶיהָ שִׁבְעָה *Et facies lucernas ejus septem*, Exo. 27. v. 37. hîc גְּרוֹתֶיהָ est fœmininum, & שִׁבְעָה masc. quia גַּר in numero singulari est masculinum.

וְרַחֲבוֹת הָעִיר יִמְלֵאוּ יְלָדִים *Et platea urbis replebuntur pueris*, Zach. 8. 5. hîc fœminino plurali רַחֲבוֹת adjungitur verbum masc. יִמְלֵאוּ, quia רַחֲב in Numero singulari est masculinum.

נֵאדוֹת יַיִן בָּלִים *Utres vini veteres*, Jos. 9. hîc Subst. נֵאדוֹת additur masc. בָּלִים, quia נֵאד in sing. est masc.

רְתָאֲנִים וְעוֹת *& ficus malas*, Jerem. 24. v. 2. רְתָאֲנִים טובות, וְעוֹת תְּאֵנִים טובות.

שֵׁשׁ שְׁעוּרִים *Sex hordea* (hordei mensuras) Ruth. 3. 15. שֵׁשׁ fœm. שְׁעוּרִים masc. quia singulare est fœmin. שְׁעוּרָה.

פְּשֵׁתִים שְׂרִיקוֹת *Lina pectinata*, Esa. 19. 9. פְּשֵׁתִים est à singulari fœm. פְּשֵׁתָה.

CAPUT III.

*De Syntaxi Nominum, quâ unum regit alterum.*

**D**eclarata est Nominis cū Nomine convenientia. *Rectio sequitur, & primò Substantivi.*

REGU-

341 DE SYNTAXI NOM. CUM NOM.  
REGULA PRIMA.

Substantivum regit substantivum diversae rei in genitivo casu.

Prius hîc semper habet formam recti, sed per regens exponendum est, & posterius per genitivum: ut,

סֵפֶר הַזְכוּרֹת *Liber annalium, Esth. 6. 1.*

תְּפִאֶרֶת בְּחוּרִים *Decus juvenum, Prov. 20. 29.*

אֶרֶץ יָמִים *Longitudo dierum, Prov. 3. 2.*

תְּבִנִית הַיֵּל *Exemplar templi, Psalm. 144. 12.*

אֶרֶץ חָפֵץ *Terra desiderii, Mal. 3. 12.*

גְּבוּל רְשָׁעָה *Terminus injustitiae; Mal. 1. 4.*

In his exemplis prioris substantivi nulla est variatio: at aliarum formarum Nomina insigniter mutari solent. Nomen substantivum Rectum mutatur vel in *vocalibus*, vel in *litteris*, vel in *utriq.* simul. Vocales mutantur vel in *penultima*, vel in *ultima* syllaba: Litteræ in *ultima* tantum. Forma hæc vocatur vulgò *Status constructus*, *Status Regiminis*, vel simpliciter *Regimen*: Formam autem integram Nominis extra constructionem positi, vocant *Status absolutum*, *Formam absolutam*.

KAMETZ *penultimæ syllabæ* in utroque genere & numero mutatur in Scheva, (aut Scheva compositum sub gutturali) ante quod si aliud Scheva sit, id pro more convertitur in Chirek: *ultimæ* verò, (non sequenti א) mutatur in Pathach: ut,

דָּבַר שָׁקֶר *Verbum falsitatis, Prov. 13. 5. à דָּבַר.*

חֶצִיר גְּבוּרָה *Herba tectorum, Jesa. 37. 29. à חֶצִיר.*

צָבָא מִלְחָמָה *Exercitus belli, 1. Par. 7. 4. à צָבָא.*

Tria assumunt ad finem, אָבִי, אָחִי, אָבִי ab absolutis, אָב Pater, אָח Frater, אָבִי Socer.

Fœminina singularia in ה, desinentia, commutant præterea ה in ת: ut,

בְּרַכַּת טוֹב *Benedictio boni, Prov. 24. 25. à בְּרַכָּה*.

צְדַקַּת הַצְּדִיק *Justitia justi, Ezech. 18. 20. à צְדָקָה*.

צַעֲקַת זָל *Clamor attenuati, Job. 34. 28. à צַעֲקָה*.

Videntur quædã esse cum Jod paragogico, ut, דְּבַרְתִּי

צִדְקָה מִלְכֵי *Secundum ordinem Melchisedeci. Ei simile videtur*

esse מִלְכֵי *Rex justitiæ, Ps. 110. 4. Item, רֵבִיתִי שְׂרָתִי* Thr.

מִלְאֲתִי מִשֶּׁפֶט *Furto ablatum noctis, Gen. 31. 39. לֵילֵהּ לָלֶה*

*Plena judicio, Esa. 1. 21. Cum Vau paragogico, חִזְזוּ יַעַר*

*Bestia sylvæ, Gen. 1. 24. pro חִיר: Sic לְמַעַיְנו Psalm. 114. 8.*

Masculina pluralia & dualia etiam commutant

terminationem ם in ך, ut, ex דְּבָרִים fit דְּבָרֵי *Verba*; ubi

Kametz juxta præcedentem doctrinam mutatum est

in Scheva, propter quod antecedens Scheva migrat in

Chirek, ut antè quoque dictum est. Multa etiam pro

Chirek habent Pathach ab initio: ut à מַלְכִים fit מַלְכֵי *Re-*

*ges. Sic in fœmininis, ex צְדָקוֹת fit צְדָקוֹת Justitia. Scheva*

*compositum ab initio, transit in simplicem brevem*

*suam: ut, ex עֲבָדִים fit עֲבָדֵי Servi: ex חֲכָמוֹת fit חֲכָמוֹת Sa-*

*pientes: ex נֶאֱמָנִים fit נֶאֱמָנֵי Fideles: sic à חֲדָשִׁים fit חֲדָשֵׁי: ex*

*חֲרָבוֹת est חֲרָבוֹת Vastitates. Hic ut in עֲבָדִים & עֲבָדֵי diversæ*

*sunt vocales ab initio, sic quoq; diversæ sunt in חֲדָשִׁים*

*& חֲדָשֵׁי. Nam Chatephpathach transit in pathach,*

*Chatephsægol in sægol, Chatephkametz in kametz-*

*chatuph.*

Excipe primò חָלָב & הָבֵל, quæ posterius Kametz,

speciali quadam anomaliâ, in Tzere convertunt: ut,

חָלָב עֵזִים *Lac caprarum, Prov. 27. v. 27.*

הָבֵל הָבֵל *Vanitas vanitatum, Eccles. 1. v. 2.*

Secundo Nomina aliquam multa, ex Quiescentibus

& Defectivis secundâ radicali nata, prius Kametz reti-

nent: ut,

nent: ut, צרת נפשו *Angustiam anime ejus*, Gen. 42. v. 21.  
 Huc pertinent, קמה *Seges*, במה *Excelsum*, בבה *Pupilla*, בפה  
*Agitatio*, מעון *Robur*, מגון *Clypeus*, נסך *Tegumentum*, דרות  
*Gravida*, הרים *Montes*, ערים *Urbes*, שרים *Principes*: Sic ex  
 Quiescentibus tertiâ radicali; גלות *Deportatio*, הגות *Me-*  
*ditatio*, & similia. Sic, ראשי האבות *Capita*; unde ראשי  
*Capita patrum*, Num. 36. v. 1.

Tertiò, חטאים, אפרים, משעים, מורשים, חשבים,  
 retinent Kametz: ut,

חטאי עמי *Peccatores populi mei*, Amos 9. v. 10.

מורשי לבבי *Possessiones cordis mei*, Job. 17. v. 11.

Huc referenda; פריצים, חרשים, פריצים, quæ etiam  
 antepenultimæ syllabæ Kametz retinent, quia illud  
 est loco ejecti Dagesch. Nam חרש est formæ נגב, &  
 פריץ formæ צדיק. In his ut Kametz in forma absoluta  
 plurali manet, sic quoque in forma constructa, ut  
 חרשי, פריצי, פריצים.

Quartò, בקשרה *Petitio*, הנרה *Agnitio*, תעלה *Ascensus*,  
 מערה *Spelunca*, & si quæ sunt similia, Kametz prius non  
 mutant. א בלהרה *Terror*, tamen constructè in plur.  
 num. legitur, בלהרות *Terrores umbrae mortis*,  
 Jobi 24. v. 17.

Quintò, און *Iniquitas*, מות *Mors*, תוד *Medium*, contra-  
 huntur in Cholem, מות, און, תוד: ut מות ישרים *Mor-*  
*te justorum*, Num. 13. v. 10. Ab עול constructè legitur עול,  
 Esa. 28. v. 18.

Sextò, כתב *Scriptura*, Kametz retinet: ut,  
 בכתב בית ישראל *In scriptura domus Israel*, Ezech. 13. v. 9.

Huc etiam referuntur, שאר *Residuum*, שאט *Contem-*  
*ptus*, יקר *Gloria*, (unde tamen constructè legitur, יקר  
 פסל. 37. v. 20.) מתן *Donum*, פתגם *Verbum*, אולם *Per-*  
*iculus*.

Septimò, quædam constructa in ת præcedente Kametz, quæ illud retinent: ut,

מִנְתַּי שׁוֹעֲלִים Portio vulpium, Psal. 63. v. II.

וְלִמְקַצֵּת הַיָּמִים Et à fine dierum istorum, Dan. I. v. 18. vide plura infra in fine cap. 4.

Octavò, quædam fæminina in ה non mutantur, de quibus infra in Enallage.

PATHACH penultimæ syllabæ, sequente Dages, in plurali numero manet: ut à מְשַׁמְנִים dicitur, מְשַׁמְנֵי: sed ab אֲנָמִים est אֲנָמֵי, quasi à forma אֲנָמִים.

TZERE invariaturum manet, nisi quando antecedit vel sequitur Kametz, tunc penultimæ syllabæ, mutatur in Scheva, ultimæ verò in Pathach: ut,

שְׁנַת עוֹלָם Somnus perpetuitatis, Jer. 51. v. 39. à שְׁנָה.

עֲצַת הַזִּקְנִים Consilium senum, 1. Reg. 12. v. 8. ab עֲצָה.

אֶתֶד הָאֵהָל Clavus tabernaculi, Jud. 5. v. 21. à אֶתֶד.

חֲצֵר הַכֹּהֲנִים Atrium sacerdotum, 2. Paral. 4. 9. à חֲצָר.

Sic à קִן est קִן צִפּוֹר Nidus avis, Deut. 22. v. 6. אֵן בֵּן dicitur בֵּן Deut. 25. 2. Jonæ 4. 20. Ante Makkaph בֵּן.

In מִפְתַּח בֵּית דָּוִד Tzere manet, Esa. 22. v. 22. מִפְתַּח בֵּית דָּוִד Clavis domus Davidis; ad differentiam מִפְתַּח, quod Apertionem significat.

In pluralibus Tzere penultimæ similiter transit in Scheva, propter quod Scheva initiale, ut antè in forma Kametz, transit in Chirek: ut,

זְקֵנֵי יִשְׂרָאֵל Senes Israelis, Exod. 3. v. 16. à זְקֵנִים.

גְּדֵרוֹת צֹאן Caule ovium, Num. 32. v. 16. à גְּדֵרוֹת.

בְּחֲצֵרֵי בֵית יְהוָה In atrio domus Dei, à חֲצֵרִים.

Excipe sequentia, & si quæ sunt talia plura, quæ Tzere retinent; אֵיבָה Inimicitia, הֵיכַל Templum, מִיטָב Optimum, זַעֲהָ Sudor, צֵאָה Excrementum, תֵּבָה Arca, אֲבָדָה Perditio, אֲפֵלָה Caligo, בְּרֵכָה Piscina, גִּזְלָה Rapina, טְמֵאָה Impura, שְׂאֵלָה

ra, שאלה *Petitio*, תאנה *Ficus*, אבל *Lugens*, חמש *Quinque*, יין *Cœnum*. Et in pluralibus, אבלים *Lugentes*, חפצים *Defiderantes*, שכחים *Obliti*, שמחים *Lati*, זיתים *Olea*, עינים *Oculi*, עינות *Fontes*.

Quæ geminum habent SÆGOL, vel Tzere & Sægol, ut מלך ספר, nihil mutant. In his tamen duobus quidam volunt mutationem fieri; בחדר משכבך *In conclavi cubilis tui*, 1. Reg. 6. v. 22. quod volunt esse ex הדר. Item, הבל הכלים *Vanitas vanitatum*, Eccles. 1. 2. quod volunt esse ex הבל. Sic forma אדרת immutata manet. Excipitur tamen, ובצבת לב *Et dolore cordis*, Prov. 15. פ. 13. à עצבת, Prov. 10. פ. 10.

SÆGOL quod est in fine dictionis ante ה, mutatur in Tzere: ut,

צאן מקנה *Possessio ovium*, Gen. 26. 14. à מקנה. Excipitur רעה *Amicus*, in quo Sægol manet: ut, רעה דוד *Amicus Davidis*, 2. Sam. 15. 37. רעה המלך *Amicus Regis*, 1. Reg. 4. פ. 5. Item, פה unde, פי חכם *Os sapientis*, Eccl. 10. 12. Item מות & alia, quæ supra in Kametz adducta.

PATHACH & Chirek contrahuntur in Tzere: ut, בית היין *Domus vini*, Cant. 2. 4. id est, cella vinaria, à בית. Hujus formæ sunt, זית *Olea*, חיל *Substantia*, רובר, יין *Vinum*, ליל *Nox*, ציט *Volucris*, צין *Oculus*, מים *Aqua*, unde מ' & שמים unde שמי *Celi*.

Atq; hæc præcipua est Nominum ob hanc structuram variatio: nunc usum constructionis considerabimus. Duorum substantivorum posterius frequentissime adjectivi circumscriptio est, abstracto pro concreto posito: ut,

איש שכל *Vir ingenii*, Efr. 8. v. 18. id est, ingeniosus. איש דמים ומרמה *Vir sanguinum & fraudis*, Psalm. 5. v. 7. hoc est, sanguinolentus & fraudulentus.



לחם שערים *Panis hordeorum*, Judic. 7. v. 13. *hoc est*, hordeaceus.

איש לשון *Vir lingua*, Psal. 140. 12. *i. e.* homo linguax, maledicus. Sic, *Ἐπὶ τοῖς λόγοις τῆς χάριτος* Super sermonibus gratia, *id est*, gratiosus, Luc. 4. v. 22. Item, *Culmen omnium rerum pretii, margarita tenent*, Plin. *id est*, pretiosarum.

Incidit hic aliquando Hypallage, quando id, quod epitheti vel adjuncti loco est, præcedit: ut,

אשרי האיש *Beatitudines viri istius*, Psalm. 1. v. 1. *pro*, Vir beatitudinum, *hoc est*, beatus est ille.

כסף שקלים *Argento siclorum*, Levit. 5. v. 15. *pro*, Siclis argenti, *hoc est*, argenteis.

תפילי מנחת פתים *Coctiones oblationis frustorum*, Levit. 6. 21. *pro*, Frustra oblationis cocta.

בטטאת אדם *Immunditiam hominis*, Levit. 7. v. 21. *pro*, hominem immundiciei, *hoc est*, immundum.

שבעת אפר *Juramentum obligationis*, Num. 30. 14. *pro*, obligatio juramenti, *hoc est*, jurata, sive juramento confirmata.

פסילי אלהיהם *Sculptilia deorum illorum*, Deut. 12. v. 3. *pro*, Deos sculptilium, *hoc est*, sculptiles.

גם תשיב צור חרבני *Etiam avertisti aciem gladii ejus*, *pro* חרבני צור *Gladium aciei*, h. e. *acutum ejus*, Psal. 89. 44. sicut alibi legitur חרבות צורים *Gladios acierum*, h. e. *acutos*, Jos. 5. v. 2. Sic legitur שני התולעת & שני התולעת *Levit. 14. v. 52.*

כירק דשא *Sicut viror herbe*, Psal. 37. 2. *pro*, Herba viroris, *id est*, viridis. Sic in textu Græco: *Ἔ εὐργα τῆς πίστεως*, *Opus fidei*, *pro*, Fides operis, *id est*, operosa; & *Ἔ ἀγαθὰ τῆς ἀγάπης*, *Laboris charitatis*, *pro*, Charitate laborio-



אל צדקתך כהרי אל *Justitia tua ut montes Dei, Psal. 36. 7. id est,*  
maximi, immensi.

יהוה תרדמת *Sopor DOMINI, 1. Sam. 26. v. 12. hoc est,*  
gravissimus.

יהוה ישבעו עצי יהוה *Saturantur arbores DOMINI, Ps. 104.*  
v. 16. *id est,* maximæ, excelssimæ.

Huc pertinent quoque,

ארץ מאפליה *Terra caliginis Dei, Jer. 2. 31. id est,* maximæ.

שלהבתיה *Flammæ Dei, Cant. 8. v. 6. hoc est,* ardentissimæ  
& maximæ. Hinc Kimchi scribit 1. Sam. 26. v. 12.

הדבר שרוצה להגדילו סומך אותו לאל *i.e. Rem quam vult*  
*Scriptura magnificare, eam jungit Deo, hoc est,* nomini  
Dei. Et Psal. 65. v. 10. in eundem sensum ait, אלהים  
הוא כנוי לדבר הגדול והנפלא *id est,* *Vox Elohim est cogno-*  
*men rei maxime & admirabilis.*

Ex hoc etiam sermonis genere sunt, etsi structu-  
ræ diversæ; ברוך הוא ליהוה *Benedictus sit ille DOMINO,*  
*Ruth. 2. v. 20. hoc est,* omnibus modis, terque quaterque  
benedictus, & felix. Sic ברוכה את ליהוה את *Benedicta*  
*esto DOMINO, filia mea, Ruth. 3. v. 10.* Item, חזק ואמץ  
עיר גדולה *Robustus & fortis Domino, Jesa. 28. v. 2.*  
גדולה *Civitas magna Deo, Jone 3. vers. 3. id est,* perquam  
maxima. Hinc & Græci; *καταδαιμονα διαν* & simi-  
lia infinita. Et Latini dicunt; *Homo divinâ & incre-*  
*dibili fide: Divina quædam & inaudita autoritas atq;*  
*virtus: divinâ mente, divino ingenio præditus, &c.*

Genitivus possessoris per ל indicatur: ut,

לדוד מזמור *Psalms Davidis; quod & inverso modo re-*  
peritur מזמור לדוד.

תפלה למשה *Oratio Mosis, Psal. 90.*

מזמור לאסף *Psalms Asaphi, Psal. 75.*

מזמור לבני קרח *Psalms filiorum Korach, Ps. 88.* Græci hoc ל  
expri-

exprimunt per τῶ, quia cōmuniter solet Dativum notare: sed hīc sensus est alius. Rabbinī pro tali ῥ dicunt etiam של.

Substantivum seipsum Genitivo casu regens, superlativam locutionem cum singulari energia denotat: ut,

עֶבֶד עֲבָדִים *Servus servorum*, Gen. 9. v. 25. *id est*, summā & vilissimā fervitute pressus.

נְשִׂיאַי הַלְוִי נְשִׂיאַ נְשִׂיאַי הַלְוִי *Princeps principum Levitarum*, Num. 3. v. 32. *id est*, summus princeps ordinis Levitici.

אֱלֹהֵי הָאֱלֹהִים וְאֱדֹנָי הָאֲדֹנָיִם *Deus Deorum, & Dominus Dominorum*, Deut. 10. 17. *hoc est*, sumus Deus & Dominus.

שָׁמַי הַשָּׁמַיִם *Caeli caelorum*, 1. Reg. 8. v. 27. *hoc est*, summi.

קֹדֶשׁ הַקְּדוֹשִׁים *Sanctum sanctorum*, Exod. 26. v. 33. *hoc est*, sanctissimum: vel Sanctitas sanctitatum, Lev. 24. 9. *hoc est*, res sanctissima. Talia praeterea sunt, Vanitas vanitatum, Eccles. 1. 2. Canticum canticorum, Jerem. 6. 26.

מַלְּטָת מַלְּטוֹת, *Malitia malitiae*, Hos. 10. v. 15. *Fundatio fundationis*, Jesa. 28. v. 16. *Flamma flammæ*, Ezech. 21. 3. *Lamentum lamenti*,

מִיְּמֵי מִיְּמֵי הַשַּׁבָּת *Sabbathum sabbathi*, Exod. 31. 15. *Deus Deorum*, Dan. 11. 36. εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰῶνων, Apoc. 1. 6.

Rectio substantivorum per plures voces quandoque seriatim continuatur: ut,

מִבְּצַר מִשְׁגַּב חֲמַתֵּיךְ הַשָּׁח *Munitionem altitudinis murorum tuorum deprimet*, Jesa. 25. 12.

יְמֵי חַיֵּי אַבְרָהָם וְיְמֵי אֶלְיָשָׁה *Et illi sunt dies annorum vite Abrahami*, Gen. 25. v. 7.

מִיְּמֵי הַבַּיִת הַזֶּה *Operi ministerii domus Dei*, 1. Par. 23. v. 28.

אֲפַקֵּד עַל פְּרִי גִדְלֵי לֶבֶב מֶלֶךְ אַשּׁוּר *Animadvertam in fructum magnitudinis animi regis Assyriorum*, Jesa. 10. 12.

חֲכָמֵי יוֹעֲצֵי פַרְעֹה *Sapientes consiliariorum Pharaonis*, Esa. 19. 11.

נַחְרֵי נַחְרֵי Rivulos torrentum mellis, Jobi 20. 17.

חֵיל מְלֹאכֶת עֲבוֹדַת בַּיִת הָאֱלֹהִים Fortes robere Operis ministerii domus Dei, 1. Chron. 9. 11.

Rectio duorum synonymorum auxesin & evidentiam denotat: ut,

מְטִישׁ הַיָּוֵן Eluto cœni, Psal. 40. 3. h. e. cœnoso, ex omnibus generibus luti mixto, ut Kimchi explicat. Sic, Ut cum ex lutulento cœno properè hinc ejiciat foras, Plautus Bacch. quod idem est cum Hebr. eo, Eluto cœni.

יְהוָה חֵיל מְלֹאכֶת הַחַיִּים DOMINUS pars partis mea, Psal. 16. v. 5. hoc est, omnimoda pars mea.

צְפוּר לְעֵיט Volucris avium, Ezech. 39. v. 4. h. e. omnis generis avibus & volucris.

וּמִטֶּר וְגֶשֶׁם יִתֵּן לָכֶם Et pluviam imbris dabit vobis, Zach. 10.

v. 1. hoc est, מִטֶּר רַבּוּ multitudinem sive abundantiam pluviae, juxta Kimchium. Sic, וְגֶשֶׁם מִטֶּר Et imbris pluvie; Item, וְגֶשֶׁם מִטֶּרֶת Imbris pluviarum, Job. 37.

v. 7. quorum primo, notatur copiosior, altero, vehementior pluvia.

רַבִּים מִיִּשְׁנֵי אֲדָמַת עֶפֶר Multi ex dormientibus in terra pulveris, Dan. 12. 2. hoc est, pulverulentâ.

חֵלֶםֶשׁ צוּר Petra silicis, Deut. 8. 15. & חֵלֶםֶשׁ צוּר Silix petrae, Deut. 32. 13. h. e. Petra durissima.

Fit etiam structura substantivorum intercedentibus literis servilibus בלם cum singulari elegantia: ut,

בְּשִׂמְחַת בְּקִצּוֹר Secundum letitiam in messe, Jesa. 9. v. 3. hoc est, mellis; qualis sc. tempore abundantis messis agitari solet.

הַרֵי גִלְבּוֹעַ Montes in Gilboa, 2. Sam. 1. v. 21. pro, Gilboæ.

Sic Participia:

עֹבְרֵי בַעֲמַק הַבַּנָּי Transseuntes per vallem mori, Ps. 84. v. 7.

דֹּגְעֵי בְּאֹהֶלִים Degentes in tabernaculis, Jud. 8. 11.

הָרֵי מִשְׁכְּנֵי בִּקְרָר מֵאַחֲרֵי בִּגְשָׁף Væ surgentibus in summum manè, prorogantibus in crepusculum, Jesa. 5. 11. Inter-

Intercedente ל: ut,

וְעַל טְהָרַת לְכֹל קֹדֶשׁ *Et in purgatione ad omnem rem sanctam,*

1. Par. 23. 28. pro, *cujusque rei sanctæ.*

בְּעֶרְבַּ לְפָשְׁתִּים וּלְצֹמֶר *In licio ad lina & ad lanam, Levit. 13,*

v. 48. pro, *Linorum & lanæ.*

שִׁיר לְמַעְלוֹ— *Canticum ad gradus, Psal. 121. v. 1. pro, Gra-*

*daum, & hinc ל Genitivum designat.*

Intercedente מ: ut,

חֲזוּר מִיַּר אֲפֵר *Aper de sylva, Psal. 80. v. 14. pro, Sylvæ.*

מִיַּי חֲמַת מִיַּי *Uter de vino, Hof. 7. 5. pro, Vini.*

לִנְבִיאֵי מַלְבָּם *Prophetis ex corde suo, Ezech. 13. v. 2. q. d. cordis, hoc est, secundum cor ipforum.*

אֲנִי מִקְרוֹב אֱלֹהֵי מִרְחֹק *An Deus è propinquo sum ego? Jer. 23. v. 23. q. d. propinqui loci. Sic, מִרְחֹק אֱלֹהֵי Deus è longinquo, ibid.*

Sic Participium,

מִשְׁרִים מִחֲלָב עֵתִיקֵי מִשְׁרִים *Depulsi à lacte, avulsi ab uberibus, Jefa. 28. v. 9. q. d. Lactis, uberum.*

Huc referri possunt etiam sequentia, intercedente separatâ Præpositione: ut,

וּמִשׁוֹשׁ אֶת רֵצִין *Et gaudium cum Retzino, Jefa. 8. v. 6.*

יֹרְדֵי אֶל אַבְנֵי בֹר *Descendentes ad lapides foveæ, Jefa. 14. 19.*

יֹשְׁבֵי עַל מִדְּיָן וְהֹלְכֵי עַל דֶּרֶךְ *Sedentes in Middin, & profuscentes per viam, Jud. 5. v. 10.*

מִבַּת בְּלַתִּי סָרָה *Plagâ non recedente, Jefa. 14. v. 6.*

מִגֹּרֵי אֶל חֶרֶב *Formidines ad gladium, Ezech. 21. v. 12. in*

quibus omnibus Nomen Præpositionem præcedens, formam constructam habet, unde hujus Syntaxeos forma apparet, quem modum loquendi sermo Latinus ignorat. Possunt autem tam superiora quàm hæc explicari, vel per *Pleonasnum* literæ servilis, aut vocis intercedentis, ut Kimchi

in Mich-

in Michlol innuit folio ultimo, vel per Enallagen substantivi constructi pro absoluto, ut R. Levi Job. 18. v. 2. notat, & R. Salomon Jud. 8. 11. & alibi passim, item Kimchi, 2. Sam. 1. 21. & in Michlol fol. 16.

Hoc verò, מַדְבְּרָה דַּמָּשֶׁק *Versus desertum Damasci*, 1. Reg. 19. v. 15. est constructum in Pathach, & cum ה locali. Masora notat bis sic reperiri, nempe hic, & Jos. 18. v. 12. ubi tamen in nostris libris cum Kametz est, quod pravam, juxta notam Masorethicam in libro Regum, & juxta Kimchi in Josua.

Notandum etiam, quod ante Pronomen אֲשֶׁר vel שׁ expressum vel subintellectum, nomen substantivum antecedens, constructi formam sæpissimè assumit: ut,

בְּמָקוֹם אֲשֶׁר יִשַׁחֵט אֶת הָעוֹלָה *In loco (in) quo mactat holocaustum*, Levit. 4. v. 24. Hic מָקוֹם ponitur formâ constructâ, quasi subaudiendum sit aliud substantivum, veluti, *In loco mactationis holocausti*, ut v. 29. ibidem dicitur בְּמָקוֹם הָעוֹלָה *in loco holocausti*.

בְּמָקוֹם אֲשֶׁר נִבְרָא *In loco (in) quo procreata fuisti*, Ezech. 21. v. 30. quasi *in loco מוֹלְדֶתֶךָ* *nativitatis tue*; vide & Genes. 29. v. 20.

אֶל מָקוֹם שֶׁהַנְּחָלִים הוֹלְכִים *In locum (in) quem flumina eunt*, Eccles. 1. v. 7.

מָקוֹם שִׁיפּוֹל הָעֵץ *Loco, quo cadit arbor, ibi erit*, Ibid. 11. v. 3.

וְזֶה מָקוֹם לֹא יָדַע אֵל *Et iste est locus, (qui) non novit Deum*, Job. 18. v. 21. *pro, locus viri, qui, &c.*

קָרַית חֲנָה דָּוִד *Urbi (in qua) castrametatus est David*, Jesa. 29. v. 1. q. d. *Urbi militiæ, אֲשֶׁר חֲנָה in qua castra posuit David.*

שִׁפְתַי לֹא יָדַעְתִּי אֲשֶׁמַע *Labium (quod) non novi, audiebam*, Psalm. 81. v. 6. *quasi, Labium populi אֲשֶׁר quem, &c.*

Denique reperitur etiam constructio substantivi cum Adverbio: ut,

קִלְלָת

קָלַלְתָּ חַנּוּם *Maledictio gratis, Proverb. 26. v. 2. hoc est, immeritæ rei.*

חָסַרְתָּ דַּמֵּי חַנּוּם *Et amoveas sanguines immeritò, 1. Reg. 2. 31. q. d. sanguinem innocentiae, innocenter & immeritò effusum.*

צָרֵי יוֹמִים *Hostes interdiu, Ezechiel. 30. 16. h. e. diurni temporis. Similes locutiones fuerunt supra in fine cap. i.*

## REGULA SECUNDA.

Substantiva regunt Verbum infinitum, tanquam nomen Genitivi casus: ut,

בְּיוֹם עָשׂוֹת *In die facere, vel, faciendi, Genes. 2. v. 4. q. d. factionis, hoc est, quâ die fecit.*

בְּיָמֵי שְׁפֹטֵי הַשִּׁפְטִים *In diebus judicare judices, Ruth. 1. v. 1. q. d. judicationis judicum, h. e. quibus judicabant ac regebant rempublicam Israelis judices.*

בְּיָמֵי צֵאתְךָ *Juxta dies egredi te, Mich. 7. 15. q. d. egressionis tuæ, ut LXX. reddunt, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἐξόδου σου.*

לְיוֹם קוּמִי *In die surgere me, Soph. 3. 8. ἐν ἡμέραι ἀναστάσεώς μου* *In die resurrectionis meæ.*

לְעֵת בּוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *Tempore occumbere solis: Jos. 10. v. 27. q. d. Occubitus solis: Sic עֵת סִפּוֹד *Tempus plangendi, Eccles. 3. v. 4. id est, planctus.**

בְּשָׁנַת בּוֹא תְּרַתָּן *In anno venire Thartan, Jesa. 20. v. 1. hoc est, adventus, quo venit. Sic & Participia quandoque.*

בְּשֵׁבֵרֵי קוּם מֵאַחֲרֵי שֶׁבֵרֵי *Diluculantes surgere, tardantes sedere, Psal. 127. v. 2. q. d. Diluculatores surrectionis, hoc est, qui summo diluculo surgunt, & Dilatores fessionis, qui serò admodum sedent, fessionem in multam noctem protrahunt.*

אֲהַבֵּי לָנוּם *Amatores dormire, Jesa. 56. v. 10. q. d. Amatores dormitationis.*



מִיִּטְיָבִי צֵעַד מִיִּטְיָבִי לָכֵר Benefacientes procedere, benefacientes ambulare, Prov. 30. 29. q. d. Benefactores incessus, qui optimè & magnificè incedunt.

Quandoq; pro Infinito reperitur Participiū; ut, הוֹלִיכָה בְּעֵת מוֹלִיכָה Tempore quo duxit te, pro הוֹלִיכָה, Jer. 2. v. 17. Futurum; בְּעֵת יָבִיא pro בְּעֵת הָבִיא Tempore afferendi, quo affererat, 2. Chron. 24. v. 11.

### REGULA TERTIA.

Substantiva verbalia, tam absoluta quàm constructa, eleganter & frequenter regunt casum Verbi sui.

Usurpantur autem sic, juxta Hebræos, loco Verbi Infiniti, quod & ipsum sæpè pro Nominibus ponitur. Unde Kimchi in Michlol fol. 152. scribit: וְלִפִּי שֶׁהַפְּקוֹר וְהַשֵּׁם קְרוּבִים יָבֵא הַפְּקוֹר בְּדֶרֶךְ הַשֵּׁם וְכֵן הַשֵּׁם יָבֵא בְּעֵנֵן הַפְּקוֹר id est, Quandoquidem Infinitivus & Nomen affinia inter se sunt, ideo venit Infinitivus pro Nomine, & Nomen pro Infinitivo: ut,

כִּי מְלֵאָה הָאָרֶץ דַּעַת אֶת יְהוָה Nam plena erit terra hæc cognitione DOMINUM, Jesa. 11. 9. pro יְהוָה דַּעַת יְהוָה cognitione Domini, juxta Ab. Efram, vel יְהוָה אֶת יְהוָה cognoscere Dominum.

לְמַשְׁאוֹת אֶתָּה מִשְׁרָשׁוֹתָ Ad sublationes eam à radicibus suis, Ezech. 17. 9. pro לְהַשִּׁיא Ad tollendum.

לְמִקְרָא הָעֵדָה וּלְמַסַּע אֶת הַפְּחָנוֹת Ad convocationem caetum, & motionem castra, Num. 10. 2. pro לְקָרָא וּלְהַסִּיעַ Ad convocandum & movendum: vide etiam Deut. 10. 11.

וּמִסְפַּר אֶת רִבְעֵי יִשְׂרָאֵל Et numerum quartam partem Israelis, Num. 3. 10. pro לְסַפֵּר numerare. Sic Kimchi in Michlol fol. 39. & 153. hæc per Infinitivum explicat.

Hujus

Hujus generis sunt:

לִירָאָה אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ *Ad timendum DOMINUM Deum tuum, Deut. 10. 12.* יִרְאָה aliàs nomen est *Timor*, sed hic omninò pro Infinitivò sumitur, & ibidem mox sequitur לִלְכֹת *Ad ambulandum.* Item, וְלִאֲהַבָה אֹתוֹ *Et ad amandum ipsum:* Ubi similiter אֲהַבָה formam habet Nominis, sed pro Infin. capitur. Sic juxta Kimchium, Infinit. ingreditur formam Nominis, & Nomina sibi sumunt usum Infinitivi. Infinitivus horum Verborum potius esset, לִירָאָה *Ad timendum,* לִאֲהַבָה *Ad diligendum.* Neq; ה in præcedd. propriè est paragogicum, ut volunt. Nam ex terminatione Cholem cum ה paragogico dicitur; לְדַבְּקָה *Ad adherendum, Deut. 11. 22.* לְמַשְׁחָה *Ad unguendum, Exod. 29. 39.* Cholem correpto & ad primam syllabam traducto: aut dicendum, ea sic esse ex terminatione Pathach, quæ tamen Verbo יִרָא non convenit. Reduximus tamen ea libro 1. cap. 13. ad formam Infinitivi, ratione sensus ipsorum. Deinde forma constructa & cum affixis, potius Nominibus convenit, quàm Verbo Infinito, ut in sequentibus exemplis:

בְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Secundum amorem DOMINI filios Israel, Hof. 3. 1.*

בְּשִׂנְאֵת יְהוָה אֶתְנוּ *Propter odium DOMINI nos, Deut. 1. 27.*

בְּחַמְלַת יְהוָה עָלַי *Propter clementiam DOMINI erga eum, Gen. 19. v. 16.*

בְּמַהֲפַכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדוֹם *Secundum subversionem Dei Sodomam, Jesa. 13. v. 19.*

בְּאַהֲבַתוֹ אֶתְהָ *Propter amorem ejus eam, Gen. 29. 20.*

בְּיִרְאָתוֹ אֶתְהָ *Propter timorem ejus ipsum, 2. Sam. 3. 11.* Hæc & similia concisè dicuntur, hoc est, Ellipticè, omisso Pronomine & Verbo Nominis: ut, *Propter sub-*

versionem Domini, הַפֶּדֶ אֲשֶׁר הִפְדָּהּ quâ subvertit: אֲשֶׁר אָהַב quo dilexit, & sic reliqua.

Porro hic loquendi modus Latinis etiam usitatus est: ut, *Omni spe domum reditionis sublatâ, agros exurunt*, pro, *Redeundi*, Cæf. lib. 1. de Bel. Gal. *Facite ut vestra auctoritas meæ auctoritati fautrix sit*, pro, *Faveat*, Cic. 3. Off. *Quod si iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisq; populorum*, Cic. 1. de Leg. *Classi propinquum reditum ac domum nionem dari*, Cic. 1. de Divin. *Quid tibi hanc aditio est?* Plaut. Truc. *Quid tibi hanc curatio est rem?* Plaut. Amph. Act. 1. *Quid tibi hanc digito tactio est?* Plaut. Pœn. *Quid illi reditio etiam huc fuit?* Plaut. Mostel.

*Sic est rectio Substantivorum: Adjectivorum sequitur.*

## REGULA QUARTA.

Adjectiva nominalia & participialia regunt genitivum, qui Latinè etiam per ablativum exponitur.

Rectio hæc fit iisdem legibus variationis, quibus substantivorum.

Adjectiva nominalia pluralia, juxta quosdam interpretes, superlativè sumuntur: singularibus substantivum adjunctum, sæpiùs casu ablativo Latinè exponitur. Huc itaque pertinent superlativæ locutiones Latinorum, item quæ partitivè & distributivè sumuntur, ac omninò quæ copiam, curam, desiderium, notitiam, metum, crimen, aliaq; his similia & contraria significant: ut,

הַגִּדּוֹל הַעֲצָה וְרַב הָעֲלִילָה Magnus consilio & multus opere,

Jerem. 32. 19.

נֶקִי כַפַּיִם וְבֵר לֵבָב Innocens manibus & parus animi, Ps. 24. 4.

בְּרֵךְ אֲשֶׁרֵי תַמִּימֵי דְרֵךְ *Beati integri via, Psal. 119. 1. ut apud Horat. Integer vita scelerisq, purus.*

קָטַן בְּנֵי *Minimus filiorum ejus, 2. Par. 21. 17.*

אַרְבַּעָה הֵם קָטַנֵי אֶרֶץ *Quatuor sunt minima terra, Prov. 30. 24.*

עֲרִיצֵי גוֹיִם *Ferocissimi gentium, Ezech. 28. 7.*

גְּדוּלֵי הָעִיר *Optimates urbis, 2. Reg. 10. 6.*

Adjectiva participialia: ut,

טָמֵא שְׂפָתַיִם *Immundus labiis, Jesh. 6. 5.*

יִרָא יְהוָה אֶתֶרָה *Timens DOMINI tu es, Genes. 22. v. 12.*

Sic apud Latinos; *Timens mortis, Metuens legum, Reverentior ulla Deorum.*

מָלֵא יָמִים *Plenus dierum, Jerem. 6. 11.*

מְלֵאתִי מִשְׁפֵּט *Plena iudicii, Jesh. 1. 21. cum ' paragogico ex speciali anomalia.*

שָׁבַע יָמִים עֶשֶׂר וְכַבֹּד *Satur dierum; divitiarum & gloria, 1. Par. 29. v. 28.*

חֹלֵת אֲהַבָּה *Aegra amoris, Cant. 2. 5. ut apud Latinos; Aeger animi, consilii, timoris.*

בּוֹא בְרוּךְ יְהוָה *Ingredere benedicte DOMINI, Gen. 24. 31.*

חֲגוּרַת שֶׁק *Accincta sacco, Joel. 1. v. 8.*

וְאֶת־דַּכְּאֵי רוּחַ יוֹשִׁיעַ *Et contritos spiritu servat, Psal. 34. v. 19.*

Legitur etiam מָלֵא חֲכָמָה *Plenus sapientiã, Ezech. 28. 12. formã absolutã. Sic מָלֵא רוּחַ חֲכָמָה Plenus Spiritu Sapientiæ, Deut. 34. 9.*

Sic & Participia purè activa, cum quibus tamen Nomen adjunctum casu accusativo exponitur, cum Latinus sermo locutionem istam Hebraicam ignoret: ut,

מְשִׁיבַת נַפְשׁ *Restituens animam, Psalm. 19. 8. q. d. restitutrix animæ.*

מַחְכִּימַת פְּתוּ *Sapientem efficiens imperitum, ibid. quasi dicitur, institutrix imperiti,*

מְאִירַת עֵינַיִם *Illuminans oculos, ibid. v. 9. q. d. illuminatrix oculorum.*

מְשַׁחֵי לֵב *Latificantiâ animum, ibid.*

Adjectiva numeralia etiam hanc structuram admittunt, modo loquendi Hebræis proprio, ubi & Enallage Cardinalis pro Ordinali incidit: ut,

עֲשֵׂרֵת הַדְּבָרִים *Decas verborum, Exod. 34. v. 29. hoc est, decem verba, decalogus.*

עֲשֵׂרֵת מִנִּים *Decade vicium, Genes. 31. 7. hoc est, decem vicibus.*

לְתִשְׁעַת הַמִּטּוֹת *Novenario tribuum, Jos. 14. v. 2. hoc est, novem tribubus.*

בֶּן־שְׁמֹנֶת יָמִים יִפּוֹל *Filius octonarii dierum circumcidetur, Gen. 17. 12. hoc est, octo dierum, & sic deinceps.*

## REGULA QUINTA.

Adjectivum comparativè sumptum, regit ablativum cum Præpositione מִן, quæ per *Præ* comparationis significatu exponitur: ut,

טוֹבִים הַשְּׁנַיִם מִן הָאֶחָד *Boni duo præ uno, Eccles. 4. 9. id est, meliores præ, quàm, magis quàm unus, meliores uno.*

הַטוֹבִים מִן־הַמַּלְכוֹת הָאֵלֶּה *An boni sunt præ regnis istis? Amos 6. 2. hoc est, meliores.*

גָּדוֹל יִהְיֶה כְבוֹד הַבַּיִת הַזֶּה הָאֲחֵרוֹן מִן־הָרִאשׁוֹן *Magna(erit) gloria domus hujus posterioris præ priori illa, Hag. 2. v. 10. hoc est, major, præstantior quàm prioris.*

Sæpius autem Præpositio hæc, ipsi substantivo in eandem dictionem adjungitur, elisâ literâ ך & per Dagesch compensatâ: ut,

טוֹבָה חֲכָמָה מִפְּנִינִים *Bona est sapientia præ margaritis, Prov. 8. 11. hoc est, præstantior.*

חכם אתה מדניאל *Sapiens es tu præ Daniele*, Ezech. 28. 3. hoc est, sapientior.

Rabbini in his locutionibus usurpant etiam Adverbium יותר *Magis*, ut cum dicitur, גדולה תורה יותר *Magna est Lex magis quam sapientia*: חכם הוא יותר *Sapiens est ipse magis quam omnes*, & sic Præpositio מִ per *Quam* explicanda, & gradus absolutus pro comparativo. Hinc illud, καλὸν σοι ἐστὶν εἰσελθεῖν εἰς τὸ ζωὴν καλὸν ἢ κυλλὸν, ἢ δύο χεῖρας, &c. *Bonum est tibi in vitam ingredi claudum aut mancum, quam duas manus &c.* id est, melius est tibi, quam. Plaut. in Rud. *Tacita mulier est bona semper, quam loquens*, pro, melior. *Vir ingenii magni, quam boni*, Seneca lib. 1. de ira ex Livio. Sed Præ Latinis etiam comparativè sumitur: ut, *Non tu quidem vacuus molestus, sed præ nobis beatus*, Cic. hoc est, magis quam nos. Sic: *Immo res omnes relictas habeo, præ quod tu velis*, Plaut. Sticho. *Parva res est voluptatum in vita, atq; in etate agenda præ quam quod molestum est*, idem Amphit.

## REGULA SEXTA.

Adjectivum superlativè sumptum, regit ablativum cum Præpositione כּ.

Hic exprimitur ea locutio, quæ apud Latinos Superlativi vel adjectiva partitionis regunt genitivos: unde & כּ per *Inter* reddi potest, quasi pro מִ positum: ut,

בְּאֲדָם וּבְזוּי בְּגוֹיִם נִתְתִּיךָ וּבְזוּי בְּאֲדָם *Parvum in gentibus (vel inter gentes) disponam te, & contemptum in hominibus*, Jer. 49. 15. hoc est, minimum gentium, contemptissimum hominum.

בְּעָרִים בְּעָרִים בְּיָנוּ *Intelligite bruti in populo*, Ps. 94. 8. hoc est, brutissimi populorum.



num, & Nomen quod fœmininum est. Vel, ut Kimchi & R. Levi explicant, קוֹל הַרְנָה *Vox clamoris, hoc est, clamans.*

לֹא הָיָוּ הֵמָּה שָׂכָר *Derisor est vinum, tumultuatur potus mæbrians, Prov. 20. 1. id est, Vir vini, Vir potui inebriativo deditus, hoc est, vinolentus, ebriofus.*

וְהוּא כְּחֹתֶף תַּאֲרֹב *Etiam ipsa tanquam præda infidiatur, Prov. verb. 23. 28. hoc est, tanquam vir prædæ, prædator.*

אַל תְּבוֹאֲנֵי רֶגֶל זָאֹרָה *Ne invadat me pes superbiæ, Psal. 36. v. 12. hoc est, Viri superbiæ, superbi.*

פִּי רֶשַׁע וְפִי מַרְמָה *Os improbi & os doli, Psalm. 109. v. 2. hoc est, vir doli, id est dolosi.*

אֲנִי שְׁלוֹם *Ego (sum) pax, Psal. 120. v. 7. hoc est, vir pacis, pacificus, pacis studiosus.*

וְאֲנִי תַפְלָה *Ego autem eram oratio, Psal. 109. 4. hoc est, vir orationis, vir orationi deditus, orans.*

כַּאֲשֶׁר קָצַר קִמָּה *Sicut colligit messis segetem, Jesa. 17. v. 5. hoc est, vir messis, messor.*

כִּי הִמְדוֹת אֲתָרָה *Nam desideria es, Dan. 9. 23. hoc est, vir desideriorum, desideratissimus.*

וְיֵין כִּי הָיָוּ בְּיָד *Quin etiam cum vinum prævaricatur, Hab. 2. 5. hoc est, vir vini, vir vino deditus.*

תּוֹעֵבָה יִבְחַר בְּנֶם *Abominatio eliget vos, Jes. 41. 24. hoc est, vir abominationis, abominabilis, ubi Nomen fœmininum, Verbum autem mascul. est, quæ discrepantia ellipsin substantivi arguit. Sic, שְׂנְאָה odium, pro אִישׁ שְׂנְאָה Vir odii: אֲהָבָה pro אִישׁ אֲהָבָה Vir charitatis, Prov. 10. 12.*

Reperitur & fœmininum אִשָּׁת in hac locutione subauditum: ut, אִשָּׁת אוֹלָת *Stultitia manibus suis destruit eam, Prov. 14. 1. i. e. אִשָּׁת אוֹלָת Mulier stultitiæ, stulta.*



Secundo, quum simpliciter substantivum prius deficit, quod commodè subaudiendum : ut,

וְכָל הָאָרֶץ בָּאוּ מִצְרַיִם Et omnis terra veniebant in Aegyptum, pro, וְכָל אַנְשֵׁי הָאָרֶץ Et omnes viri terre, Genes. 41. 5. ult.

בָּרוּחַת כָּל הָעִיר Fugit omnis civitas, h. e. omnis populus civitatis, Jer. 4. 29.

כִּי-גָפֶשׁ הוּא הַחַל Nam animam ipse pignore acciperet, Deut. 24. 6. hoc est, חַיִּי גִפֶּשׁ vitam animæ sive corporis, id est, quæ ad vitæ sustentationem pertinent, ut Kimchi in Michlol, & Ab. Efra in Com. exponunt.

כִּי נְגִידִים אָדָּבּוּ Quia principes eloquar, Proverb. 8. v. 6. scil. דְּבָרֵי Verba principum. Vide & Prov. 22. 5. 20.

הָעָם הַזֶּה יְרוּשָׁלַם Quare rebellis est populus iste (populus) Jerusalem, Jer. 8. 5.

כִּי הָאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה Nam homo, arbor agri, Deut. 20. 19. hoc est, חַיִּי הָאָדָם Vita hominis arbor agri est, id est, ex fructibus arborum etiam sustentatur, ideoque non sunt perdendæ aut succidendæ arbores.

וְהָיוּ בֹאכְלֵי שְׁלֹחֶנְךָ Eruntq; inter comedentes mensæ tuæ, 1. Reg. 2. v. 7. hoc est, בֹּאכְלֵי לֶחֶם Inter comedentes cibum mensæ tuæ.

וַיִּמַד שֵׁשׁ שָׁעִירִים Et mensus est sex hordea, Ruth. 3. 25. hoc est, שֵׁשׁ מִדּוֹת sex mensuras hordeorum.

וַיֹּאכְלוּ אִישׁ גִּפְנוֹ וְאִישׁ תְּאֵנֹתוֹ Comedite quisq; vitem suam, & quisq; ficum suam, 2. Reg. 8. 3. hoc est, פְּרִי גִפְנוֹ fructum vitis suæ, & fructum ficus suæ.

וַיֹּאכְלוּ אֶת הַמִּוֶּעַד Et comederunt solemnitatem, 2. Par. 30. 22. hoc est, זְבָחֵי הַמִּוֶּעַד sacrificia solemnitatis.

וַתִּלְבַּשׂ אֶסְתֵּר מְלֻכּוֹת Et induta fuit Esther regno, Esth. 5. 1. id est, בְּגָדֵי מְלֻכּוֹת indumentis regni.

הִנֵּה בִטְנִי כִּינּוֹ Ecce venter meus est, sicut vinum, Jef. 32. v. 19. id est, כְּאוֹב הַיַּיִן Sicut uter vini.

אלמנה

יִשְׁפֹּטוּ יְתוֹם רִבּוֹ אֶלְמִנָּה *Judicate pupillum, contendite viduæ.*  
*Jes. 1. v. 17. scilicet יתום משפט יתום* *judicium pupilli, ריב*  
*אלמנה* *causam viduæ agite.*

וְאֹהֲבֵי אִשֵּׁי עֲנָבִים *Et amantes sunt lagenarum uvarum,*  
*Hos. 3. v. 1. hoc est, יין ענבים* *vini uvarum, sive ex uvis*  
*expressi.*

יִנְתְּרוּ אֶת אֶהֱלָה אֶהֱלָה שָׂרָה *In tentorium, tento-*  
*rium inquam, Saræ, Gen. 24. 67.*

*Tertio, est quandoque Ellipsis substantivi poste-*  
*rioris: ut,*

עֲנִיָּה וְשִׁכְרָת וְלֹא מִיַּיִן *Afflicta & ebria, sed non ex vino, Jes. 51.*  
*v. 21. pro שְׁכָרָת וְשִׁכְרָת צָרוֹת* *Ebria afflictionibus, aut רעות*  
*malis, vel simile, ut Ab. Efra & Kimchi notant.*

וְיִשְׁתְּנוּ בְּמִזְרְקֵי כֶסֶף *Qui bibunt in vel è crateribus vi-*  
*num, h. e. אוֹ זָהָב* *è crateribus argenteis*  
*vel aureis, Amos 6. 6. juxta Ab. Efram.*

אַל תִּתֵּן לְחַיִּית הַשָּׂדֶה נֶפֶשׁ תּוֹרֵךְ *Ne tradas catervæ, animam turturis*  
*tue, Psal. 74. 19. scilicet הָאֹיְבִים* *Catervæ inimi-*  
*corum, ut Kimchi supplet, vel juxta Aben Efram*  
*לְחַיִּית הַשָּׂדֶה* *Bestiæ agri.*

מִכַּת בְּלֹתֵי סָרָה *Percussio sine aversione, Jesa. 14. 6. hoc est,*  
*יָד* *Percussione manus indefinente, juxta Aben*  
*Efram. At Kimchi in Com. scribit, non esse con-*  
*structum, sed הֵּן לֹא הֵּן* *pro מִכָּה. Vide itaque*  
*plura his similia mox in Enallage.*

*Quarto, adjectivi distributivi אֶחָד vel אַחַת: ut,*  
*וַיִּקְבְּרוּ בְּעָרֵי גִלְבָּד* *Et sepultus est in urbibus Gilbad, Jud. 12. 7.*  
*hoc est, בְּאַחַת עָרֵי* *In aliqua urbium.*

בְּשְׁתֵּי תַחְתָּיִם בְּיּוֹם הַיּוֹם *Per duas affinitate conjunges te-*  
*cum hodie, 1. Sam. 18. 21. hoc est, בְּאַחַת מִשְׁתֵּי* *Per alte-*  
*ram è duabus. Et sic Targum, בְּחֵדָּא מִתַּרְתָּיִן.*

וְהָיָה כְּעֵץ שֶׁתּוֹלַע עָלָיו פְּלִגֵּי מַיִם *Eritq, sicut arbor plantata ad*  
*rivos*

*rivos aquarum, Psal. i. 3. hoc est, על אחד פלגי מים ad aliquem rivorum aquæ, juxta Ab. Efram.*

*וְעַל-עֵיר בֶּן-אֶתְנֹור Et super pullum, natum asinarum, Zach.*

*9. v. 9. hoc est, בֶּן אַחַת הָאֶתְנֹור Pullo ex una asinarum.*

*וְכַתַּבְתָּם עַל מְזוֹת בֵּיתְךָ Et inscribes ea super postibus domus tuæ, Deut. 6. h. e. super uno postium.*

*יָרַד אֶל-יָרְכָתַי הַסְּפִיעָה Descendit ad latera navis, Jon. i. 7. 1.*

*hoc est, ad unum è lateribus. Hujus generis sunt; Latrones exproba-verunt ei, Matth. 27. 44. pro, alteruter è latronibus, ut exponitur Luc. 23. 39. Item, Scriptum est in Prophetis, Job. 6. 45. h. e. in aliquo Prophetarû.*

Ad *Pleonasum* pertinet duorum synonymorum rectio: exempla vide paulò antè.

ENALLAGE nominis absoluti sive integri pro constructo: ut,

*אֲבָן טוֹרִים Ordines lapidis, Exod. 28. 17.*

*אֵשֶׁרָה כָּל עֵץ Lucum ullius arboris, Deut. 16. 21.*

*הָאָרוֹן הַבְּרִית Arcam foederis, Jos. 3. 14.*

*לְאֲדָרִים עִם Magnificis populi, Jud. 5. v. 13. quod Kimchi per Ellipsin Prepositionis explicat, pro לְאֲדָרִים בְּעַם Magnificis in populo.*

*שְׁעָרִים אֵיפָה שְׁעָרִים Modus hordeorum, Ruth. 2. 17.*

*צֹמֵר אֵלִים Arietes lana, 1. Reg. 3. 4.*

*שְׁנֵי טוֹרִים רַמְנִים Duo ordines malogranatorum, 1. Reg. 7. 42.*

*לֶחֶם לֶחֶם וּמִים לֶחֶם Cibo oppressionis & aqua oppressionis, 1. Reg. 22. 27.*

*וַיַּצַּר כְּכֶרֶם כֶּסֶף Et ligavit duo talenta argenti, 2. Reg. 5. v. 23.*

*סָאָה סָאָה Satum simile, 2. Reg. 7. 1.*

*מֵעַל הַבֶּקֶר הַנְּחוּשֶׁת De bobus aris, 2. Reg. 16. 17.*

*בְּמִצְלֹתַיִם נְחוּשֶׁת In cymbalis aris, 1. Par. 15. 19.*

*עוֹן פְּלִילִים Iniquitas judicium, id est, judicialis, judicibus dijudicanda, Job. 31. 11.*

אפו Excandescentiam iræ suæ, Jesa. 42. v. 25. quod etiam Kimchi explicat per Ellipsin Præpositionis, pro באפו In ira sua.

צדק וענוה Et mansuetudinis justitiæ, Psal. 47. 5. quod Kimchi scribit posse explicari per Ellipsin copulativæ, pro וצדק ענוה Mansuetudinis & justitiæ.

יין תרעלה Vinum horroris, Psal. 60. 5.

יְהוָה צְבָאוֹת Domine Deus exercituum, Psalm. 69. v. 7. Glossa Kimchi ad hunc locum: Scribitur nomen Dei per Jod, He, Vau, He, sed legitur אֱלֹהִים quod hic in forma absoluta ponitur pro constructa.

אמרים אמרים Eloquia veritatis, Prov. 22. 21.

מלטלה גבר Migratione viri, Jesa. 22. 17.

אספה אספה Congregatione vincti, Jesa. 24. 22.

את כוס היין החמור Calicem vini furoris, Jer. 25. v. 15.

סיגים כסף Scoriæ argenti, Ezech. 22. v. 18.

באלים השערים Ad limina portarum, Ezech. 40. 38.

כל העם הארץ Universus populus terræ, Ezech. 45. v. 16.

במים מים בדבים Per aquas, aquas genuum, Ezech. 47. v. 4.

דברים נחמים Verba consolationum, Zach. 1. 13. & si quæ sunt plura.

Hæc Kimchi in Michlol folio 14. & passim in Commentariis, per Ellipsin exponit, subaudito Nomine constructo: ut, סיגים כסף הי, Scoriæ, scoriæ argenti fuerunt: אמרים אמרי אמת Eloquia, eloquia, inquam, veritatis; & sic deinceps. Neque id omnino abs re. Nam tales locutiones integræ reperiuntur: ut, אלה פקודי המשכן Ista sunt numerata tabernaculi, tabernaculi, inquam, testimonii, Exod. 38. v. 21. מקום מקנה הוה Locus ille, locus erat pecoris, Num. 32. v. 1. הארץ ארץ מקנה היא Regio ista regio pecuaria est, ibid. vers. 4. על הרוקן וקו אהרון Super barbam, barbam, inquam, Aharonis, Psal. 133. v. 2. מי

אֶפְסִים *Per aquas illas, aquas, inquam, talorum, Ezech. 47. 3.*  
 Sic etiam ea explicat, quæ ה adjunctum habent: כֹּל  
 הָעַם עִם הָאָרֶץ *Omnis populus, populus inquam terræ, &c.* Sic  
 intelliges etiam Gen. 31. 13. Nam articulus ה Nomini  
 constructo non additur, ut videbitur capite sequente.

E contrario sæpè reperitur Enallage constructi  
 pro integro: ut,

מֵי הַמָּרָם *Aquæ amara, Num. 5. 18.* pro מֵיִם.

כֵּיִן הַטּוֹב *Sicut vinum optimum, pro כֵּיִן, Cantic. 7. 10.*  
 vel est per Ellipsin substantivi posterioris: *Sicut vi-*  
*num hujus vel illius loci optimum: ut alibi; כֵּיִן לְבָנוֹן ut*  
*vinum Libani, Hof. 14. 8.*

אֲנָשֵׁי בְנֵי בְלִיָּעַל *Viri filii Beliabab, Judic. 19. v. 12.* pro אֲנָשִׁים.  
 חַלּוֹנוֹי שְׁקִפִּים *Fenestras prospectui accommodas, 1. Reg. 6. v. 4.*  
 pro חַלּוֹנוֹיִם.

בָּם אֲדִירֵי כָל חֶפְצֵי בָם *Et fortes, in quibus est omnis delectatio*  
*mea, Psal. 16. 3.*

בְּיַד כָּל נְבִיאֵי *Per manus omnium prophetarum, 2. Reg. 17. v. 13.*  
 pro נְבִיאִים.

תְּשִׁיטוּן קִנְצֵי לְמַלְוֵי *Ponetis fines sermonibus, Job. 18. vers. 2.*  
 pro קִנְצֵיִן.

מַלְאֲכֵי רָעִים *Nuncii mali, Psal. 78. 49.* pro מַלְאֲכִים.

תַּטְעִי גִטְעֵי נְעֻמִים *Plantabis plantationes pulchras, Jesa. 17.*  
 v. 10. pro גִּטְעֵיִם.

אֶרֶן אֶרֶן *Arcam unam, 2. Reg. 12. 10.* pro אֶרֶן.

וַתֵּרָא אֲנָשֵׁי מַחְקָה *Et vidit viros depictum, Ezech. 23. 14.* pro  
 אֲנָשִׁים *hoc est, quemlibet virorum depictum; quam*  
*locutionem distributivam anomalia numeri iadi-*  
*cat, ut supra explicatum est.*

הַשּׂוֹתִים בְּמִזְרְקֵי יַיִן *Bibentes in phialis vinum, Amos 6. v. 6.* pro  
 בְּמִזְרְקִים.

Ex fœmininis sunt,

מִכְּהַר מִכְּהַר בְּלֹתֵי סָרַח *Plagâ sine recessione*, *Jesa. 14. 6. pro מכְּהַר*.  
 חֲכִמָּה וְדַעַת *Sapientia & scientia*, *Jesa. 33. 6. pro חֲכִמָּה*.  
 שִׁפְעַת אֲנִי רוֹאֶה *Agmen ego video*, *2. Reg. 9. vers. 17. pro*  
 שִׁפְעַת.

מִזֹּזֹת רִבְעָה *Postis quadratus*, *Ezech. 41. 21. pro מִזֹּזֹת*.  
 חֲלֵת מִצֶּה אַחַת *Placentam azymam unam*, *Levit. 8. v. 26.*  
*pro חֲלֵת*.

חֲמֵה *Venenum eis*, *Psal. 58. 5. pro חֲמֵה*.  
 אֶל תִּתְּנִי פֹנֶה לְךָ *Ne des requiem tibi*, *Thren. 2. v. 8. pro פֹּנֶה*.  
 עֵגֶלֶת שְׁלִשִׁי *Vitula trima*, *Jes. 15. v. 5. al. 10. pro עֵגֶלֶת*.  
 גִּילְתֵּי וְרִנָּה *Exultatione & cantu*, *Jesa. 35. 2. pro גִּילְתֵּי*.  
 אֵילֵי צִיצֵת גֹּבֵל *Flos decidens*, *Esa. 28. 4.*

In his juxta Kimchium est Enallage constructa pro absoluto: at Aben Esra pleraq; per Ellipsin posterioris substantivi explicat, ut, *בְּמִזְרְקֵי כֶסֶף* *In crateribus argenti vel auri*, *יְד מִכְּהַר* *Plagâ manus Domini*, *עַם* *Agmen populi*, &c. ut & supra in Ellipsi notatum est. Alii volunt esse formam peculiarem nominum, desinentium in forma absolutâ in ת, præcedente vel Pathach, vel Kametz.

Potriò huc referri potest; *רַבַּת שְׁבַעַה לְרֵה* *Multum saturata est sibi*, *Psal. 123. v. 4. pro רַבַּה* *hoc est*, *עַת רַבַּה* *Tempore plurimo, longoq;.* Item, *עַל נְגִינָת* *Ad pulsationem*, *Psal. 61. v. 1. עַל מַחְלַת* *Ad Machalat*, *Psal. 88. 1.*

Præterea per hanc Enallagen etiam Kimchi pleraque ea explicat, quæ formam constructam habent sequente literâ servili: ut, *בְּשִׂמְחַת בְּקִצִּיר* *Secundum latitiam in messe*, *Jesa. 9. 3. vide supra.*

Denique huc referuntur quædam à Kimchio (in Michlol pag. 16.) quæ in Thau desinunt ad formam constructorum, sed præcedente Kametz: ut, *עֲזֵרַת מִצֹּר* *Auxilium de angustia*, *Psal. 60. 13. pro עֲזֵרַת*.

תהלתה *Civitas laudis*, Jer. 49. 25. quod juxta Maforethas scribitur cum ה redundantem pro תהלת.

עזי וזמרת יה *Robur meum & canticum est Dominus*, Ps. 118.

v. 14. pro זמרה.

אם אפתו שנת לעיני *Si dem somnum oculis meis*, Psal. 132. 4.

pro שנה.

בחלת שפרה עלי *Possessio speciosa contigit mihi*, Psal. 16. 6.

pro בחלה.

עשרה יתרה עשרה *Residuum fecit*, Jer. 48. 36. pro יתרה.

למחרת *In crastino*, Jon. 4. 7. Item, מנת & מקצת quæ supra initio cap. 3. in explicatione Kametz adducta sunt.


Sunt qui adjuncto Affixo hanc formam compleant: ut, עזרתך *Auxilium tuum*, תהלת *Laudis mea*, זמרת *Psalms meus*,

שנתם *Somnum suum*, vel שנת *Somnum meum*,

בחלתי *Possessio mea*, מנת *Pars mea*. Hanc explicationem

Ab. Esra Ps. 118. 14. prolixè refutat; cum non possit ubique habere locum, ut in illo; מנת המלך *Portionem regis*, 2. Paral. 31. 3.

Unde satius esse putat explicari hæc per Ellipsin, subintellecto nomine posteriore, ut est illud: וליא מין *Ebria sed non ex vino*, quod supra adductum: Sic, עזי וזמרת עזי *Robur meum & canticum roboris mei est Jah*, Exod. 15. 2.



## CAPUT V.

*De Syntaxi Pronominum cum Nominibus,  
& primò Præfixorum.*

**A**NTEQUAM specialem separatorum Pronominum Syntaxin ostendamus, præmittendus erit usus Præfixorum Pronominum, sine quo illa plenè intelligi non potest.

REGU-

369 DE SYNTAXI PRONOM. CUM NOM.  
REGULA PRIMA.

Præfixa **ש** **ע** **ה** conveniunt Nominibus, Pronominibus & Participiis, in omni genere numero & casu, sequente post utrunque Dagesch. Primò **ש** : ut,

**מִמֶּנּוּ שֶׁתְּקִיף** *Qui valentior est ipso*, Eccles. 6. 10.

**לָנוּ שֶׁבְּשִׁפְּלוֹנוֹ זָכַר לָנוּ** *Qui in abiectione nostra recordatur nostri*,  
Psal. 136. v. 23.

**שְׁלִי בְרַמִּי** *Vinea mea qua erat mihi*, Cant. 1. 6.

Ante gutturales purum Sægol manet, sine compensatione Dagesch excidentis.

**שֶׁעָמְלוּ בְּחַכְמָה** *Cujus labor est cum sapientia*, Eccles. 2. v. 21.

**שֶׁהִנְחָלִים הוֹלְכִים שָׁם** *Quo flumina ipsa eunt illuc*, Eccl. 1. v. 7.

Rarò cum Scheva : ut,

**שֶׁהוּא עֹמֵל** *Quo ipse laborat*, Eccles. 2. 22. Sic, **שֶׁהֵם** *Quod ipsi*,  
Eccles. 3. v. 18.

Semel cum Kametz loco Sægol : ut, **שֶׁאַתָּה** *Qui tu*,  
Jud. 6. 17. Vide & in Syntaxi Conjunct. cap. 21.

Præfixi **ה** usus longè est frequentissimus; jungiturque Nominibus substantivis & adjectivis, propriis locorum, gentilibus & patronymicis, iisque semper integris, nunquam autem constructis, aut cum Affixis conjunctis. Nomina etiam propria virorum illud non recipiunt. Valet Articulum, quo Hebræi plurimum ante Nomina delectantur, ut & Græci, non item Latini. Plerumque emphasin denotat, & ad rem certam ac notam usurpatur, unde **הָא הִידְעָה** *He cognitionis sive notificativum*, ab Hebræis vocatur: sæpè sine emphasi & ex more linguæ tantùm adhibetur, & quidem non rarò pleonasticè ad luxuriam usq; , eam tamen elegantem & suavem. Cùm substantivum & adjectivum con-



junguntur, nunc alterutri, nunc utrique præfigitur, & tunc adjectivo superlativi vim accedere quidam tradunt, quod tamen ubique non convenit, neque ab Interpretibus semper est observatum. Deniq; præfigitur etiam Pronominibus separatis tertiæ personæ: ut,  
 המים *Aqua ista*, דֹּם וְשֵׁן אֲרִידָה *Arida illa*, וְזֶה הַיָּם *Gen. 1. 9.*  
 הוּא אֶל הַנְּעָר הַזֶּה *Ad puerum istum*, Zach. 2. 14.

הַהָר הַטּוֹב הַזֶּה *Montem optimum hunc*, Deuteron. 3. vers. 25.  
 Ex litera cum Scheva notatâ, Dagesch sæpè excidit: ut,

אֶל הַכֹּהֲנִים הַלְוִיִּם *Ad sacerdotes Leviticos*, Deuter. 17. v. 9.  
 הַיְקָרִים *Pretiosi*, Thren. 4. 2.

Attamen 'schevatum ante gutturalem, retinet Dagesch: ut, הַיְעֲלִים *Rupicapra*, 1. Sam. 24. 3. הַיְהוּדִים *Judæi*, in historia Esther. Excipe duo; בְּיַעֲנִים *Sicut ulula*, Thren. 4. 3. Item, הַיְאֹרִים & הַיְאֹרִים *Rivi*.

Ante gutturales ה & ח frequentissimè retinet Patach, Dagesch abjecto: rarè ante alias: ut,  
 הַחִיָּה *Cum quarta parte Hin*, Num. 5. 4.  
 אַחֲרֵי הַחֵבֶל *Post vanitatem*, Jer. 2. 5. Sic; הַהוּא *Ille ipse*:  
 הַהִיא *Illa ipsa*.

מִן הַחֲרֹם *De anathemate illo*, Jos. 7. 1. Sic; הַעֲוִרִים *Cecos*,  
 2. Sam. 5. 6.

Sæpè tamen Dagesch compensatur in universum, per Kametz, ut & ante ה: ut,  
 הַעֲבָד הַעֲבָד *Servus Hebræus ille*, Gen. 39. 17.  
 הַעֲלֵם הַחֲלֹמוֹת *Dominus somniorum*, Genes. 37. v. 19. Sic;  
 הַרְשָׁעִים *Improbi*, הַיָּם *Ipsi*, הַיָּאֵרָה *Illi*,  
 הַרְקִיעַ *Expansum*, הַיָּם *Ipsi*, הַיָּאֵרָה *Illi*,  
 הַיָּם *Ipsi*.

Ante Nomina monosyllaba, & ab א inchoata, semper habet Kametz: ut,  
 הַיָּם , הַיָּרֵחַ , הַיָּרֵחַ , הַיָּרֵחַ . Sic; הַיָּם *Vivens*, Genes. 6.

nes. 6. v. 19. quod & aliter הָחִי Levit. 16. v. 20. & הָחִי  
Levit. 13. *sepius.*

Ante gutturalem (non נ) cum Kametz nota-  
tam, habet Sægol euphoniæ causâ, ne duo Kametz  
concurrant: ut,

הַחֵמוֹן *Copia ista, 1. Sam. 14. 6.*

הַחֶרֶשׁ *Artifex, Jerem. 24. 1.*

הַעֲרֵל לְבָבָם *Cor illorum incircumcisum, Levit. 26. 41.*

Nomina gentilitia hîc similia sunt aliis Nomi-  
bus appellativis, unde & cum hoc articulo usurpan-  
tur: ut, הַעֲבָרִי *Hebraeus, האַמְרִי Emoræus, &c.* Si hujusmodi  
Nomen ex duabus vocibus compositum sit, quandoq;  
divellitur, & ה præfigitur secundæ sive posteriori voci  
ut, אֲבִי הַעֲוִרִי *Abbiesrita, Jud. 6. v. 11. ex אֲבִיעֲוֹר:* Sic, בֵּית  
הָאֵלִי *Beth-elita, 1. Reg. 16. v. 34. בֵּית הַלְחָמִי Beth-lachmita,*  
*1. Sam. 16. 1. בֵּית הַשְּׁמִשִּׁי Beth-schimschita, 1. Sam. 6. v. 14.*  
*בֵּית לְעַפְרָה In Betaphra, Mich. 1. 10.*

Cum Nominibus propriis locorum: ut, הַחַיִּי  
*Hajum, Jos. 7. 2. בְּקָרְקַר In urbe Carcor, Jud. 8. 10. מִן הַשְּׁטִים*  
*עַד הַגִּלְגַּל A Sittim Gilgalem usq; Mich. 6. 5. עֲרֵי הַגִּלְגַּל*  
*Gilhad, Jos. 13. 25. הַיַּרְדֵּן Jarden fluvius, & similia.*

Quòd Pronominibus tertię personæ additur, id  
simile est his Latinis: *Ipse ille animus idem meus: Illa ipsa res*  
*humanarum domina fortuna: Ad hunc eum ipsum: Hunc eus*  
*ego rejeci: Huic illi legato: Hunc istum otii & pacis hostem: &*  
*similia, quæ apud Cic. & alios authores passim oc-*  
*currunt.*

Quòd Nomini substantivo constructo non addi-  
tur, ratio est, scribit Kimchi in Michlol fol. 65. *quòd alte-*  
*rùm substantivum prioris declaratio & quasi notificatio est, unde*  
*altero signo, nempe ה notificativo, opus non habet. Quandoq;*  
*tamen Nomini constructo additum reperitur: ut,*

אֶל בֵּית אֵל אֲנִי הָאֵל בֵּית אֵל Ego (sum) Deus Bethelis, Genes. 31. v. 13.

וְעֵץ הַדַּעַת טוֹב וְרָע Et arbor scientiæ boni & mali, Gen. 2. v. 9.

וְאֵת כָּל הַמְּלָכוֹת הָאָרֶץ Et omnibus regnis terræ, Jer. 25. 20.

אֶת הַיֵּד הָאֵת Cum paxillo ipso texture, Jud. 16. 14.

כָּל הַתְּעֻבוֹת הַגּוֹיִם Juxta omnes abominationes gentium, 1. Reg. 14. 24.

וְרָאוּ אֶת הָאֶבֶן הַפְּדִיל Et videbunt lapidem flammæ, Zach. 4. 9.

אֶת הַסֵּפֶר הַמִּקְנָה Et dedi librum emptionis, Jer. 32. 12.

וְהַנְּבוּאָה עֹדֵד הַנְּבִיאָה Et prophetiam Oded Prophetæ, 2. Chr. 15. v. 8.

כָּל הָעָם הָאָרֶץ Univerſus populus terræ, Ezech. 45. v. 16.

הַשְּׂכֹנִים בְּאֹהֶלֶם Habitantes in tabernaculis, Judic. 8. 11.

אֶת כּוֹס הַיַּיִן הַחַמָּה Poculum vini furoris, Jer. 25. 15.

מֵעַל הַבֶּקֶר הַנְּחֹשֶׁת De bobus eris, 2. Reg. 16. 17.

הָאָרְוֹן הַבְּרִית Arcam fœderis, Jos. 3. v. 14. quorum quædam præcedenti capite per Ellipsin explicata sunt.

Quod etiam nomini proprio hominis non convenit, ratio est, quod illud, tanquam individui nomen, sui notitiam per se suo nomine exhibet, ac alio signo opus non habet,

scribit idem Kimchi in Michlol fol. 54. Irregularia itaque sunt; לְהַקֹּץ Kotzo, 1. Paralip. 24. v. 10. quod Santes reddit Hakkotzo, quasi הָ ad substantiam ipsius Nominis pertineat: Sic, לְהַפְצֵץ Pitzetzo, v. 15. ubi similiter Santes הָ ad ipsum nomen addit. Item, הָאֲרוֹנָה הַיְבוּסִי Arauna Jebuseus, 2. Sam. 24. v. 16. ubi Kimchi in Commentariis observavit, præter morem הָ nomini proprio additum, ac (scribit) fieri potest, ut sit nomen aliquod appellativum: לְחַצֵּי שֶׁבֶט הַמְנַשֶּׁה Dimidia tribui Menasse, Jos. 1. v. 12. quod est pro הַמְנַשִּׁי Menaschiticæ, cujus formæ nomina gentilia ibidem præcedunt. Huic simile; בְּתוֹךְ הַנַּחַל הַגָּד In medio torrentis Gad, 2. Sam. 24. v. 5. pro הַגָּד Gaditarum: Item, אֶרֶץ הַמָּגוֹג Terram Magog, Ezech. 28. v. 2.

v. 2. בְּקִרְיַת הָאַרְבַּע In Kirjath-arba, Nehem. 2. v. 25. דִּבְרֵי הַקְּהֵלֶת Dicit Kohéleth, Eccl. 12. 8. ubi Verbum masculinum & Nomen foemininum, idemque proprium. Sed Kohéleth non est hic nomen proprium Salomonis, sed cognomentum ejus ratione officii. Genus autem foemininum volunt Hebraei respectum habere ad נַפְשׁ vel חַכְמָה, q. d. Anima vel Sapientia Salomonis congregans; nempe, populum convocans & colligens ad audiendum; unde à Græcis redditum, *ἐκκλησιαστής*, Ecclesiastes, qui sc. sermonem habet ad populum in Ecclesia collectum. Sed & Adamis, primi hominis nomini proprio, adjunctum volunt in primo capite libri primi Mosis: ut, Et creavit Deus אֶת-הָאָדָם Adamum, Gen. 1. v. 27. וְהָאָדָם Et Adamus, &c. At Adam est appellativum, Homo; quia autem primus homo non nominatur alio nomine proprio, ideo simul censetur ejus fuisse nomen proprium. Fit autem sapius, ut nomina propria, quæ aliquando appellativa fiunt, cum articulo usurpentur. Aben Esra tamen alicubi putat mysterium subesse.

Quòd denique Nomina cum Affixis conjuncta, הַהַדְיָה non accipiunt, ejus ratio est, scribit Kimchi, quòd ipsum Affixum Nominis notitiam indicat, unde redundabit הַהַדְיָה notificativum. Attamen לְרֹב הַהַדְיָה ad ampliorem notitiam & emphasin, paucis quibusdam pleonasticè adjunctum reperitur: ut, בְּתוֹךְ הָאֶהָלִי In medio istius tentorii mei, Jos. 7. v. 21. וְהַחֲצִי וְהַחֲצִי Et aliud illud dimidium ejus, Jos. 8. v. 33. אֶת-הָעֶרְבָה וְנָתַן Et dabit istam estimationem tuam, Levit. 27. v. 23. הַהָרֹתִיבָה Ipsas praequantas ejus, 2. Reg. 15. v. 16. בְּעָרֵינוּ In illis civitatibus nostris, Esra 10. v. 14. ubi הַהַדְיָה est cum Sægol, ad indicandum exclusum הַהַדְיָה, uti & in illo; סִבְחָהּ הַהַדְיָה sicut heræ suæ, Jesa. 24. 2. Sic autem הַהַדְיָה excludi, traditur infra capite 20. vide illic.

Denique præfigitur etiam verbis relativè pro **וְ**,  
 vel **אֲשֶׁר**; ut,  
**וְהָלְכוּ אִתּוֹ** *Qui ierunt cum eo*, Jos. 10. 24.  
**אֵל אֱלֹהֵי הָאָדָם** *Ad Deum, qui dicit pepercit*, Job. 34. 31.  
**עִם נָעֲמִי** *Quæ reversa fuit cum Noómi*, Ruth. 2. 6.  
**וְהוֹשִׁיבוּ** *Qui habitare secum fecerunt*, Efr. 10. 17.  
**וְהַמְצִאוּ מֵרֶגֶל** *Qui inveniuntur hic*, 1. Chron. 29. 17.

CAPUT VI.

*De Syntaxi Pronominis separati cum  
 Nomine.*

**P**ronominis separati adjectivè usurpati Syntaxis,  
 non malè vulgò sub Nominum Syntaxi compre-  
 henditur. Nam iisdem legibus cum substantivo con-  
 venit, quibus adjectivum nominale. Habent tamen  
 Pronomina hæc specialia, quæ deinceps separatim hîc  
 persequemur.

REGULA PRIMA.

Pronomen separatum adjectivè sumptum,  
 substantivo subjungitur cum præfixo **וְ**, ma-  
 joris emphasis causâ: ut,

- וְיֹם הַהוּא** *De isto, Mich. 7. 12. q. d. die eo ipso.*
- וְבַעַת הַהִיא** *In tempore eo ipso, Gen. 21. 22.*
- וְאֵת הָעִיר הַזֹּאת וְאֵת הָעִיר הַזֹּאת** *Domum hanc & urbem hanc,*  
*Jer. 26. 6.*
- וְדַבֵּר אֵל הַנְּעוּר הַזֶּה** *Loquere ad puerum istum, Zach. 2. 4.*
- וְמִי הָאִישׁ הַלְזֹהֵר** *Quis vir iste, Gen. 24. 65.*
- וְהַדְּבָרִים הָאֵלֶּה** *Verba ista, Gen. 44. 6.*
- וְהָיָה בַּלַּיְלָה הַזֶּה** *Nocte ipsâ, Gen. 30. 16. 1. Sam. 19.*  
*v. 10. pro הָיָה.* Absq;

Absque ה, non sumitur adjectivè simpliciter, sed peculiari elegantia loco verbi Substantivi ponitur, aut Ellipsin ejus inducit: ut,

בִּי עָרִם אָנֹכִי *Quod nudus ego (esset) Gen. 3. 11.*

זֶה חֹדֶשׁ הוּא *Hoc novum est, Eccles. 1. 10.*

כִּי עָפָר אַתָּה *Quod pulvis es, Gen. 3. 19.*

כִּי עָרִימִים הָיִינוּ *Quod nudi essent, Gen. 3. 17. vide amplius capite 10. in Ellipsi.*

Cum antecedunt, tum Ellipsis est verbi substantivi, ut cum Nominibus adjectivis fieri solet, ut ibi notatum est: ut,

זֹאת הַמְנוּחָה *Hæc (est) requies ipsa, Jef. 28. 12.*

הֵא *(sunt) generationes, Gen. 6. 9.*

## REGULA SECUNDA.

Pronomina relativè posita, genere & numero cum antecedente substantivo conveniunt, casu non semper, sed is ferè Verbo respondet: ut,

הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּה עִמָּדִי הִיא נְתַנָּה לִּי *Mulier ista, quam dedisti mecum, ipsa dedit mihi, Gen. 3. 12. hîc Relativum אֲשֶׁר Quam, casu respondet sequenti Verbo.*

וַיִּתְמַךְ יָד אָבִיו לְהִטִּי אֶתְהָ *Et sustinuit manum patris sui, ut averteret eam, Gen. 48. 17. ubi אֶתְהָ Eam, respondet antecedenti Verbo.*

וַיִּבֶן אִשִּׁית בֵּינֵךְ וּבֵין הָאִשָּׁה וּבֵין זֶרְעֶךָ וּבֵין זֶרְעָהּ הוּא *Et inimicitiam pono inter te & mulierem hanc, similiterq; inter semen tuum, & semen hujus: hoc conteret tibi caput, Gen. 3. 15. hîc Relativum הוּא genere & numero convenit cum antecedente substantivo masculino & singulari זֶרַע, casu autem respondet sequenti verbo. Sic Chaldæus הוּא יְהִי דְכִּיר illud erit memor.*

Aliquando relativum convenit genere & numero cum propiore substantivo, cum deberet respondere antecedenti remotiori: ut,

אֲחֻזַּתָּם הוּא הַבָּתִּים עַרְי בֵּיתִי נָמִי *Nam domus ( plur. ) civitatum*

*Levitarum, ipsa (est) possessio ipsorum, Lev. 25. 33. ubi*

*הוּא הַבָּתִּים, genere & numero convenit sequenti Nominis*

*אֲחֻזַּתָּם, cum deberet respondere antecedenti בֵּיתִי,*

*qualis convenientia mox reperitur versu sequente.*

כִּי הוּא רְאוּ חַיִּים עִם אִשָּׁה *Fruere vitâ cum uxore, &c. כִּי הוּא*

*חַיִּים הַלֵּקֶה נָמִי nam ea (est) pars tua in hac vita, Eccl. 9. v. 9.*

*ubi הוּא genere masculino convenit cum sequente*

*חַיִּים, non autem cum antecedente אִשָּׁה,*

*quod fœmininum.*

לֶאֱכֹל אֶת הַעֲבָרִים לֶחֶם כִּי תוֹעֵבָה הוּא לְמִצְרַיִם *Ad comedendum cum Hebræis panem, nam abominatio illa (est) Aegy-*

*ptiis, Gen. 43. 32. ubi הוּא genere fœm. convenit cum*

*לֶחֶם, non autem cum masculino תוֹעֵבָה.*

כִּי חֻקֹת הַעֲמִים הַבָּל הוּא *Nam statuta populorum, vanitas*

*ipsa (est), Jer. 10. 3. ubi הוּא genere mascul. & numero*

*sing. convenit cum הַבָּל, non autem cum plu-*

*rali חֻקֹת. Hæ formæ loquendi sunt similes istis*

*Latinorum, Omnes tenues atq; humiles, quæ maxima in*

*populo multitudo est, sibi præsidium paratum putant, apud*

*Cic. Item, Et nunc domicilia conjuncta, quas urbes dici-*

*mus, & similia plurima, quæ à Latinis Grammaticis*

*annotata sunt.*

### REGULA TERTIA.

Pronomina interrogativa personæ & rei, utriusque generis & numeri Nominibus & Pronominibus adduntur.

Primò interrogativam personæ כִּי: ut,

כִּי-יֵשׁוּ

377 DE SYNTAXI PRONOM. CUM NOM.

וְיִשׂי מִי דָוִד וְיִשׂי בֶן־יִשׂי Quis David, & quis filius Jifchai, 1. Sa. 25. 10.  
 וְהַחֲלִיכִים מִי וְיִשׂי הַחֲלִיכִים Qui & qui, qui euntes sunt, Exo. 10. 8. hoc est,  
 quinam sunt illi, qui abituri sunt.

לְךָ מִי אֱלֹהִים לְךָ Qui (sunt) isti tibi, Gen. 33. 5.

בְּנִי מִי אַתָּה בְּנִי Quis (es) tu fili mi? Gen. 27. 18.

בְּתִי מִי אַתְּ בְּתִי Quis (es) tu filia mea? Ruth. 3. 16. Hæc locutio  
 insolens videri non debet. Nam & sic Græcis τις de  
 utroque sexu usurpatur; τις εἶ σὺ, Quæ es tu? Ruth. 3. 9.  
 Item, εἰ ᾖ τις χήρα. Quod si qua vidua, 1. Timoth. 5. v. 4.  
 Et apud Latinos: Dic mihi quæ es, quis est ea, quam vis du-  
 cere uxorem? Plautus Aulul. Act. 1. Quis es? PH. Ego  
 sum illius mater, Plaut. Cist. Act. 4. Quis illec est mulier  
 timido pectore peregrè adveniens, quæ ipsa se miseratur, Plau-  
 tus Epid. Act. 4. Quis est hæc muliercula, ibid. Act. 5.  
 Sed quis est ea mulier? ibid. Quis itio ad priorem dominum,  
 apud Varronem: Quis tu es mulier, quæ me in suo nomi-  
 cupasti nomine, Pacuv. in Medo.

Cum substantivo postponitur, Genitivum posses-  
 foris notat: ut,

לְקַחְתִּי מִי וְחִמּוֹר מִי לְקַחְתִּי אֶת־שׁוֹר מִי Bovem cujus accepi, & asini  
 cujus accepi, וְיָמִיד מִי & è manu cujus? &c. 1. Sam. 12. 3.

בֶּן־מִי אַתָּה הַנְּעָרָה Filius cujus es tu, mi puer? 1. Sam. 17. v. 58.

בֵּת־מִי אַתָּה Filia cujus es tu? Gen. 24. 23.

וְחִכְמַת מִי אֵלֶּם Et sapientia cujus rei inest ipsis? Jer. 8. 9.

Sic & cum præfixo ל pro Genitivo sumitur: ut,  
 לְמִי אַתָּה וְלְמִי אֱלֹהִים לְפָנַי Cujus es, & cujus sunt ista antequam,  
 Gen. 32. v. 17.

לְמִי הַנְּעָרָה הַזֹּאת Cujus est puella hæc, Ruth. 2. 5. hinc  
 propriè est Ad quem, scil. spectat vel pertinet, hoc est,  
 Cujus es, est vel sunt ista? pro hoc Rabbini etiam di-  
 cunt מִי שֶׁל,



Videtur & interrogativum rei esse: ut.

מי אני ומי חיי *Quis sum ego, & quæ vitæ mea?* 1. Sam. 18. 18.

מי אבימלך ומי שכם *Quis est Abimelech, & quæ est Sechem?*

Jud. 9. 28.

מי שמך *Quod est nomen tuum?* Jud. 13. 17.

מי פשע יעקב ומי במות יהודה *Quæ est defectio Jacobi, & quæ sunt excelsa Jehudæ?* Mich. 1. 5.

מי לך כל הפחנה הורה *Quæ tibi est tota acies illa?* Gen. 33. 8.

Primi loci sensus est; *Quis sum ego, aut quis sum vitæ meæ?* hoc est, *Quis sum vel personæ meæ dignitate, aut qualis sum vitæ, status conditionisq., splendore vel auctoritate, ut dignus habear, qui sim gener regis?* In secundo exemplo sumitur שכם pro שכם בעלי Sichemitis, ut versu 26. & sæpius antè dicitur. Kimchi vult Schechem esse proprium nomen alicujus principis, qui & ipse ante Abimelech Sichemitis præfuerit, unde & R. Levi scribit, ipsum fuisse ex posteris Chamoris. Tertium, מי שמך reddendum, *Quis es nomine tuo?* h. e. *quo nomine vocaris?* locutio concisa, pro מי אתה ומה שמך *Quis es, & quod nomen tuum?* Quartum, reddendum est, ut in antiqua Pagnini versione legitur, *Quis est causa prevaricationis Jacob? Et quis fuit causa excelsorum Jehudæ?* Et sic Kimchi in libro Radicum exponit, מי הוא שגרם לפשע יעקב *Quis fuit, qui causam dedit defectioni Jacobi? nonne cives Schomron?* &c. Quintum, מי אל *Ad quem* scil. pertinet vel spectat. Ab. Esra & Kimchi explicant, *Quis est ille, cui mittis totam turmam istam?* Aben Esra ibidem, מי inquit, *semper reperitur de homine.* & Kimchi in lib. Radicum scribit, *Nunquam reperies מי nisi de persona dictum.*

Interrogativum rei, מי, מה, מה: ut,

מה תאר *Quæ forma ejus?* 1. Sam. 28. 14.

מה אנוש *Quid (est) homo?* Psal. 8. 5.

מה מִשְׁפֵּט הָאִשׁ *Quis habitus est viri illius?* 2. Reg. 1. 7.

מָה שְׁמֵךְ *Quod est nomen tuum?* Genes. 32. 27.

מָה לִּי וְלָךְ *Quid mihi & tibi?* Jud. 11. 12.

מָה לִּי וְלָכֶם בְּנֵי צְרוּרָה *Quid mihi & vobis ó filii Tzeruja?*

2. Sam. 16. 10. id est, *Quid mihi vobiscum? Quid vobiscum*

*mih negotii est?* Sic Jof. 22. 24. 1. Reg. 17. 18. 2. Reg. 3. 13.

Hinc illa, τί ἐμοὶ καὶ σοὶ γυνὴ, *Quid mihi & tibi mu-*

*lier?* Job. 2. 4. μήδ' ἐν σοὶ καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ, *Nihil*

*tibi & justo illi,* Matth. 27. 19. vide & Matth. 8. 29. τί δὲ μοι

καὶ σοὶ καὶ μοι, *Quid enim bellis & mihi?* apud Anacreont.

Capiuntur & infinitè citra interrogationem: ut,

זָכַר אֲנִי מָה חָלָד *Recordare, ego quod tempus,* Psal. 89. 48. *si*

*vitæ habeam, quantuli ævi sim.*

וְלֹא יָדַע מִי אֶסְפֵּם *Et non scit quis sit collecturus ea,* Psal. 39. 7.

בִּי הִגִּידָה אֶסְתֵּר מָה הוּא לָהּ *Nam indicaverat Esther, quid*

*ipse esset sibi,* Esth. 8. 1. i. e. quo gradu conjunctus esset

sibi. Sic, *Quis tu es? quis mihi es?* Terent. And.

מָה הָיְתָה אֵלָיו *Quid sint illi,* Zach. 9. 1. ubi medium Pro-

nomen loco Verbi Substantivi est.

מָה sequente relativo וְ, fit & ipsum relati-

vum, & exponitur per *Id*: ut,

מָה שֶׁהָיָה הוּא שֶׁיְהִיָּה *Id quod fuit, idem est quod futurum*

*est,* Eccl. 1. 9.

וּמָה שֶׁיִּשְׁעֶשֶׂה הוּא שֶׁיִּשְׁעֶשֶׂה *Et id quod fit, idem est quod fiet,*

*ibid.* Sic apud Rabbinos, *Is qui*: מָה *Id quod,*

vulgatissima locutio est.

Demonstrativorum usus:

Demonstrativi repetitio distributionem indi-

cat: ut,

וַיִּקְרָא זֶה אֶל זֶה *Et clamavit hic ad hunc,* Jesa. 6. 3. *id est, al-*

*ter ad alterum.*

לִי כִזָּה וְכִזָּה עָשָׂה לִי *Secundum hanc & secundum hunc fecit mihi, Jud. 18. 4. scil. modum & rationem, id est, hæc & alia talia fecit mihi.*

אֱלֹהִים בְּרֶכֶב וְאֱלֹהִים בְּפָסוּסִים *Illi in curribus, & illi in equis, Ps. 20. v. 8. id est, Hi, illi.*

אֶל הָעָם כְּהֵם וְכֵם *Ad populum sicut ipsi & sicut ipsi, 2. Sam. 24. v. 3. id est, ad populum & hunc & illum, Judaicum scil. & Israeliticum.*

וְאִסַּפָּה לְךָ כְּהֵנָּה וְכֵהֵנָּה *Additurus sum tibi sicut hæc & sicut hæc, 2. Sam. 12. v. 8. id est, hæc & alia, alia atq; alia.*

מִזֶּרֶת מִזֶּרֶת וְגִדְרֵי מִזֶּרֶת *Materia ex hoc, & maceria ex hoc, Num. 22. v. 24. scil. loco, id est, hinc illinc, utrinque.*

וְעַתָּה *Eleganter additur nominibus numeralibus; pleonastice quidem, sed emphasin exprimens: ut, Quod percussisti me istis tribus vicibus, Numer. 22. v. 28. quod vulgò per Adverbium temporis Jam exprimunt, Jam tribus vicibus.*

זֶה עָשָׂר פְּעָמִים *His decem vicibus, Num. 14. 22.*

זֶה עֶשְׂרִים שָׁנָה אֲנֹכִי עִמָּךְ *Hos (vel) jam viginti annos ego tecum sum, Gen. 31. 38.*

Sic cum לְפָרָה & מֵרָה,

מֵה זֶה שָׁבַתָּם *Quid hoc, (quòd) revertimini? 2. Reg. 1. 5.*

זֶה צָחֻקָה שָׂרָה לְפָנָי *Quid hoc (quòd) risit Sara? Gen. 18. v. 13. vel Quid jam, quid nunc.*

Item cum עַתָּה,

זֶה יָדַעְתִּי עַתָּה *Nunc hoc cognosco, 1. Reg. 17. 24. vel jam nunc, nunc tandem.*

אֵלַי הִנֵּה עַתָּה זֶה בָּאוּ אֵלַי *Ecce jam hoc (momento) venerunt ad me, 2. Reg. 5. v. 22- vel, Ecce jam modo. Kimchio pleonasticum est.*

381 DE SYNTAXI PRONOM. CUM NOM.  
 CAPUT VII.

*De Syntaxi Pronominum cum Nominibus  
 à fine affixorum.*

**P**RONOMINUM Nominibus à fine affixorum Syntaxis est cum Nominibus appellativis quibuslibet, non autè cum propriis, vel gentilitiis, vel constructis.

Alia tantùm *singulari* numero conveniunt: ut,  $\text{אֵל}$ ,  $\text{אֶל}$ ,  $\text{אֵלֶיךָ}$ ,  $\text{אֵלַי}$ ,  $\text{אֵלֶיךָ}$ , ex quibus tamen  $\text{אֵל}$  &  $\text{אֶל}$  etiam femininis pluralibus, sive fœmininorum terminationem habentibus adjiciuntur, & pro  $\text{אֵל}$  sæpissimè est  $\text{אֵלֶיךָ}$ , maximè in libris poeticis, Jobo, & Psalmis, & Proverbiis: quamvis etiam aliquando  $\text{אֵלֶיךָ}$  legatur pro  $\text{אֵל}$ . Exempla vide Jobi 20. 23. & 22. 2. Psal. 11. 7. Esa. 44. 15. & 53. 8. Jobi 27. 23. Psal. 28. 8. Rariora sunt, 1 præcedente Chirek, &  $\text{אֵל}$ , quæ Verborum propria sunt, & hîc non nisi Quiescentibus quibusdam adjiciuntur.

Alia *plurali*;  $\text{אֵלֶיךָ}$ ,  $\text{אֵלַי}$ ,  $\text{אֵלֶיךָ}$ ,  $\text{אֵלַי}$ . Ex his tamen  $\text{אֵלֶיךָ}$  &  $\text{אֵלַי}$  etiam Nomini singulari ex Quiescentibus derivato conveniunt. Semel etiam ex perfectis reperitur:  $\text{וְאֵת הַלְּבָבִי}$  Et adipem eorum, Levit. 8. v. 16. quod speciale est pro  $\text{וְאֵת הַלְּבָבִי}$ .

Alia deniq; *utriq;* numero: ut,  $\text{אֵלֶיךָ}$ ,  $\text{אֵלַי}$ ,  $\text{אֵלֶיךָ}$ ,  $\text{אֵלַי}$ , quæ omnia in sequentibus patebunt.

REGULA.

Pronomina à fine affixa, cum antecedentibus substantivis, aut cum re vel persona, de qua sermo habetur, in eodem genere & numero conveniunt, non autem cum iis quibus affiguntur: ut,

וְעֵץ פְּרִי עֵשָׂה פְּרִי לְמִינֹו אֲשֶׁר זָרְעוּ בּוֹ Et arborem fructiferam  
 producentem fructum juxta speciem suam, in qua inerat se-  
 men suum, Genes. 1. 12. hîc affixum וְ ter repetitum, re-  
 lationem habet ad antecedens masculinum & sin-  
 gulare עֵץ, cum quo in eodem genere & numero  
 convenit.

עַל כֵּן יַעֲזֹב אִישׁ אֶת אָבִיו וְאֶת אִמּוֹ וְדָבַק בְּאִשְׁתּוֹ Idcirco relin-  
 quet vir patrem suum & matrem suam, & adheret uxori  
 suæ, Gen. 2. v. 24. hîc Pronomina conveniunt cum  
 antecedente substantivo mascul. & singulari אִישׁ.

בֵּין זָרְעֶךָ וּבֵין זָרְעָהּ הוּא יִשׁוּפֶךָ רֹאשׁ וְאִתָּהּ תִּשְׁנַפְּנוּ עֶקֶב  
 Inter semen tuum, & semen ejus: illud conteret tibi caput, tu  
 conteres ei calcaneum, Genes. 3. v. 15. hîc ךְּ Tuum dicitur  
 de הַחֹשׂ הַנָּחֵשׁ Serpente, cum quo, genere masc. & num.  
 sing. convenit. הִּיא Ejus de אִשָּׁה Muliere, cui genere  
 fœmin. respondet: ךְּ Tibi, ad לְנֹחַשׁ ideoque mascu-  
 linum: נוֹ Ei, scil. לְזָרַע Semini, quod masculinum  
 & singulare est, ideoque & sic Affixum.

עֲצִבוֹנֶךָ וְהָרִינָה Dolorem tuum & conceptum tuum, Gen. 3. 16.  
 hîc ךְּ Tuum, fœmininum est & singulare, relatum ad  
 הָאִשָּׁה Mulierem, quam Deus illic alloquitur.

לְקוֹל אִשְׁתֶּךָ Voci uxoris tue, Genes. 3. 17. hîc ךְּ Tue masc. est:  
 dicitur enim de הָאָדָם Homine vel Adamo, quem Deus  
 alloquitur, cujusque nomen præcedit.

At verò hæc Pronominum cum Nominibus  
 Syntaxis formam ipsorum, tam in literis quàm vocali-  
 bus, variè plerunque mutat, cujus mutationis ratio hoc  
 loco expendenda venit.

ה in singul. numero antecedente Sægol, abjici-  
 tur: antecedente Kametz, mutatur in ת.

Concedatur (fœmin.) mihi vita mea (fœmin.) ad postu-  
 latum meum, & populus meus (masc.) ad petitionem meam,  
 Esther 7. v. 3. & similia. Quod autem dicitur, וְיָגִיל  
 וְיִשְׂמַח Intercepta est (masc.) lætitia (fœmin.) & gaudium  
 (masc.) Jesa. 16. 10. exponendum est, דְּבַר שְׂמֵחָה  
 subintellecto Nominis masculino. Hisce videtur Kimchi  
 tantum admittere Zeugma, quo Verbum cum pro-  
 piori convenit: quæ autem per Syllepsin dicuntur,  
 revocanda esse ad Zeugma, per complementum  
 subintellecti Nominis commodi. Sed nihil impe-  
 dit, quo minus etiam in lingua Hebræa statuantur  
 Syllepsis, cum eadem loquendi ratio in aliis quoque  
 linguis usitatissima sit, neque in Hebræa lingua  
 exempla desint.

Sexto, Quando duo substantiva inter se constru-  
 cta junguntur, tum Verbum regulariter respondet  
 priori; quandoque verò posteriori recto, cum deberet  
 convenire priori regenti: ut,

Priori; ut;

וַיֵּרָא אֶת-אֵלֵי אַרְבָּעִים וָשֵׁשׁ Et arca Domini proficiscebatur, Numi. 2.  
 חִכְמַת אָדָם תִּאֲרַךְ פָּנָיו Sapiencia hominis illustrat faciem ejus,  
 Ecclef. 8. 1.

וְיִתְרוֹן אֶרֶץ בְּכָל-הוֹרֵי Utilitas terra in omnibus est, Ecclef. 5. 8.  
 לְשׁוֹן שֶׁקֶר יִשְׂנֵא דָבָר Lingua mendax odio habet contritum,  
 Prov. 26. 28.

Posteriori recto; ut;

קוֹל שְׂמוּעָה הִנֵּה בָאֵר Vox rumoris ecce venit Jer. 10. 22. hic  
 prius Nomen masculinum est, alterum fœmin. cum  
 quo Verbum convenit.

קוֹל דְּמֵי אַחִיד צוֹעֲקִים אֵלַי Vox sanguinum fratris tui cla-  
 mant ad me, Gen. 4. 10. pro Clamat, צוֹעֵק.

וּמִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ Et numerus annorum absconduntur, Job. 15.  
 20. pro Absconditus, נִצְפֵן.

רוב שנים ידעו חכמה *Multitudo annorum notam faciunt sapientiam, Job. 32. 7. pro Facit, יודיע.*

ואצפחת השמן לא חסר *Et lenticula olei non defecit, I. Reg. 17. 16. חסר respondet nomini אצפחת.*

נגע צרעת כי תהיה באדם *Plaga lepra cum fuerit in homine, Levit. 13. 9. pro יהיה Erit, masc.*

קול נגידים נחבא *Vox procerum occultabant se, Job. 29. v. 10. pro Occultabat, נחבא.*

כי היתה אליו פני המלחמה *Quod esset contra se facies belli, 2. Sam. 10. 9. pro הוי Essent.*

Et venient desiderium gentium, Hagg. 2. v. 8. In his duobus posterioribus verbis transpositum est: nam debebat dici, כי פני המלחמה היתה אליו, *Nam facies (plur.) belli erat contra ipsum, pro הוי Erant.* Item, וחמדת כל הגוים באו, *Et desiderium omnium gentium venient, pro באה Veniet.* Desiderium gentium, i. e. Messias gentibus desideratus, cujus gloriâ Domum secundam repleturus sum, ad eum ut hæc gloria superatura sit gloriam Domus primæ. In magnis Bibliis Venetis explicatio Aben Esrae & R. Salomonis in hunc versum studio omissa est. *Kimchi explicat: Et venient desiderium gentium, i. e. Omnes gentes, quas commoturus sum è locis suis, venient כל הגוים בחמדת כל הגוים, q. d. afferent manibus suis omnes res desiderabiles, quas invenient in terra sua ex vasis argenteis, aureis, vestimentis, & lapidibus pretiosis: meum enim argentum est, &c. & his replebo domum hanc, &c. Similia fuerunt supra in Syntaxi Nom.*

Talia sunt apud Latinos: *Paupertas mihi onus visum est, Terent in Phorm. Non omnis error stultitia est dicenda, Cicer. Omnia pontus erat. Amantium ira amoris redintegratio est, & similia.*

Anomalix communes. ELLIPSIS hinc quandoque Nominativi est, quandoq; Verbi. Nominativi, quando Verba primæ & secundæ personæ, dissimulati Pronominibus usurpantur: ut,

בְּדֵי אֱלֹהֵי בְּדֵי בְּטַחְתִּי אֶל אֲבוֹשֶׁה *Deus mi in te confido, ne pude-  
re confundar, Psal. 25. 2. deest אֲנִי Ego.*

דְּשַׁנְתָּ בְּשֶׁמֶן רֵאשִׁי *Delibutum reddis oleo caput meum, ibid.  
subintelligitur אַתָּה Tu.*

נִנְתְּקָה אֶת מוֹסְרוֹתֵינוּ *Disrumpamus vincula eorum: Ps. 2. 2.  
deest אֲנַחְנוּ Nos.*

Tertiæ personæ Verba sæpissimè quoque usurpantur indefinite, & quasi impersonaliter, nullo Nominativo expresso: ut,

עַל כֵּן קָרָא לְבְּאֵר *Idcirco vocavit puteum istum, Gen. 16. 14. f.  
quisque, h. e. vocabatur puteus iste, Man hieš ihh.*

כַּאֲשֶׁר יִרְדּוּן הַקּוֹרָא בְּהָרִים *Quemadmodum persequitur per-  
dicem in montibus, 1. Sam. 26. vers. 20. nempe יְצוּד  
Venator.*

חִלְקוֹ מִחֲמַאוֹת פִּי *Leniora sunt præ butyro oris ejus, sc. אֲמֵר  
פִּי Verba oris ejus, Ps. 55. 22. Sic Levit. 25. 6. Sabbathum  
terra, h. e. Proventus Sabbathi terra, Exo. 1. 10. מִלְחָמָה  
Bellum, pro, קוֹרוֹת מִלְחָמָה Eventa bellica.*

וַיִּקְרָא שְׁמוֹ *Et vocabit nomen ejus, Jesa. 9. 6. scil. quisque fi-  
delis, hoc est, vocabitur nomen ejus, ut Chaldaeus  
transfert, אֶתְמַרְי, Sic Jerem. 23. 6.*

יִשָּׂא עֲלֵיכֶם מִשָּׁל *Tollet super vos parabolam, Mich. 2. v. 4. f.  
Quisque, hoc est, Tolletur, Proferetur super vos pa-  
rabola: aut subauditur Nomen conjugatum נִדְהָה Lamen-  
tator, aut הַמְשָׁל Parabolis-utens.*

וַיִּנְשֵׂא אֶתְכֶם בְּצַנּוֹת *Et tollet vos aculeis, Amos 4. v. 2. h. e.  
tollemini. Man wird euch heraus rucken. Hebræi  
subaudiunt הַאֲבִיב Inimicus, vel הַצֵּר Hostis.*



גזר מפכלה צאן *Abscindet ex ovili gregem, Habac. 3. v. 17. hoc est, abscindetur, vel Hostis abscindet.*

ולילות עמל מנו לי *Et noctes molestiæ constituerunt mihi, Job. 7. 3. hoc est, constitutæ sunt mihi.*

תגורלי אגרות *Epistolas tradant mihi, Neh. 2. 7. h. e. dentur mihi literæ, vel סופריך Scribæ tui dent mihi literas.*

ואשר תבאנה יידו למו *Et quæ eventura sunt, indicent illis, Jof. 44. v. 7. hoc est, indicentur. Tale est illud, לך*

*פשוטו אפוא עס אפוא עס אפוא עס Animam tuam repetent abste, Luc. 12. 20. id est, anima tua repetetur.*

ויאמר ליוסף *Et dixit Josepho, scil. האומר dicens quidam: vel Et dictum fuit, Gen. 48. 1. Sic, ויגיד ליוסף Et indicavit Josepho, sc. הפגיד ibid. v. 2.*

Ellipsis Verbi simpliciter: ut,

ואת הרעה מאת יהוה *Hoc malum à DOMINO, 2. Reg. 6. 33. scil. באה venit.*

שמרו מי בנער באבשלום *Observate, quis in puerum istum, in Absolomum, 2. Sam. 18. v. 12. scil. ישלח ידו mittat manum suam.*

איש אל עירו ואיש אל ארצו *Quisq; in civitatem suam, & quisq; in urbem suam, I. Reg. 22. 36. scil. ישוב revertitor.*

Hæc Ellipsis rarior est: frequentissima autem & communissima Verbi substantivi: ut,

וחשך על פני תהום *Et tenebræ erant in superficie Abyssî, Genes. 1. v. 2.*

וירא אלהים כי טוב *Et vidit Deus quòd esset bonum. ibid. v. 10.*

In hac Ellipsi Verbi substantivi eleganter usurpantur Pronomina separata, quandoque simpliciter loco Verbi, quandoque eo subaudito: ut

ישועתך אני *Salus tua ego sum, Psal, 35. 3.*

כלנו בני איש אחד נחנו בנים אנו *Omnes nos, filii viri unius sumus nos, prohi sumus nos, Gen. 42. 11.*

זוהו הוא מי הוא זה ואי זה הוא *Quis est ille, & Quisnam est iste*  
*Esth. 7. v. 5.*

מה הפה אלה *Quid sint illi, Zach. 1. v. 9.*

כי טבת הגדה *Quod prestantes illa essent, Gen. 6. 2.*

הם הם גורלה *Illi sunt fors tua, Jesa. 57. 6.*

ועד זקנה אני הוא *Et usq<sub>3</sub> ad senectam ego sum ille, Jesa.*  
*46. vers. 4.*

אתה הוא יהוה האלהים *Tu es D O M I N U S Deus ille, Ne-*  
*hem. 9. v. 7.*

Emphatica admodum locutio est, quando nominativi absolute in oratione positi, non Verbi tantum Ellipsin inducunt, sed vim integri membri sententiae explent: ut,

עם לבבי לבנות בית מנוחה *Ego; cum animo meo sum*  
*aedificare domum quietis, 1. Paral. 28. 2.*

ואני זאת בריתי אותם *Ego autem hoc erit foedus meum cum*  
*eis, Jesa. 59. 21. Vide & Psal. 69. 14. & 73. v. 2.*

ואנכי מעשיהם ומחשבתיהם באור *Ego autem; quum ope-*  
*rum cogitationumq<sub>3</sub> ipsorum quaeq<sub>3</sub> advenerit, Jesa. 66. 18.*

Concisa est locutio, quam Latini similiter vel elliptice efferunt, per *De me, De me autem*; vel plene, *Me*

*quod attinet, Quod me spectat.* Hinc à quibusdam Grammaticorum per Ellipsin Praepositionis ל explican-

tur, ut אני fit pro לאני *Ad me, sc. quod attinet.* Attalis locutio exemplo caret, neq; Hebraismum sapit.

Reliqua pronomina similiter usurpari possunt.

האל תמים דרכו *Deus; perfecta est via ejus, Psal. 18. 31. id est,*  
*quod ad Deum attinet, & sic deinceps.*

חסידה ברושים ביתה *Ciconia, abietes sunt domus ejus, Psal.*  
*104. vers. 17.*

החכם עיניו בראשו *Sapiens; oculi ipsius sunt in capite ejus,*  
*Eccles. 2. 14.*

אֶפְרַיִם כְּעוֹף יִתְעוֹפֵף כְּבוֹדָם Ephraim; ut avis avolat gloria  
corum, Hof. 9. II.

מֶרְמָה כְּנֶזֶן בְּיָדוֹ מֵאֹנֵי מֶרְמָה Mercator; in manu ejus sunt bilan-  
ces doli, Hof. 12. v. 7. Sed hæc etiam aliter explicari  
possunt: vide supra cap. 7. in Pleonasmō. Relativum  
enim cum suo substantivo antecedente pleonasticè  
concurrit. Nam sensus simplex; דֶּרֶךְ הָאֵל תָּמִים הוּא  
Via Dei perfecta est. עֵינֵי הַחֶכֶם בְּרֹאשׁוֹ  
in capite ejus: גְּלוֹרִיַּת אֶפְרַיִם Gloria Ephraimi sive Ephraimi-  
tarum, &c. At prior locutio elegantior est.

ENALLAGE hîc primò est numeri, quando No-  
mina domini pluralia (de quibus etiam supra cap. 2.)  
junguntur Verbo singulari, ad summam majestatem  
exprimendam, sive, ut Hebræi loquuntur, ad indican-  
dum רַבּוּי הַכְּחוּזִת pluralitatem virtutum & potentia-  
rum in persona dominante: ut,

בְּרֵאשִׁית בְּרָא אֱלֹהִים In principio creavit Deus, Gen. I. v. I.  
ubi Elohim plurale est.

אִם יָתַן לָהּ אִשָּׁה Si herus ejus ( plur. heri ) dederit ei  
uxorem, Exod. 21. 4.

גַּם בְּעֵלְיוֹ יִמָּוֵת Etiam dominus ejus ( plur. domini ) morte  
afficiatur, Exod. 21. 9.

Sic & cum Pronomine singulari, loco Verbi sub-  
stantivi posito: ut,

כִּי אֱלֹהִים קְדוֹשִׁים הוּא Nam Deus sanctus ( plur. Dii san-  
cti ) ipse est, Jof. 24. 19.

וְאִם יִרְגְּמוּ אֵנִי אֵיךְ מוֹרָא Et si Dominus ( plur. Domini )  
sum ego, ubi reverentia mei? Malach. I. v. 6. Hinc scri-  
bit R. Bechai in principio Geneseos: בְּעַל הַכְּחוּזִת כָּלֵם וּמִזֵּה הַטַּעַם לֹא אָמַר אֵל וְלֹא אֱלֹהִים כִּי  
אִם אֱלֹהִים בְּלִשׁוֹן רַבִּים וְכֵן אֱלֹהִים קְדוֹשִׁים הוּא כִּי הוּא  
הַכּוֹלֵל הַקְּדוֹשׁוֹת כָּלֵם: וְכֵן דֶּרֶךְ הַלְשׁוֹן בְּמַשְׁלַת הַשְּׁפָלִים:

אדונים קשה בלשון רבים : וזה לגדול מעלת האדון ולרבו  
 מי הממשלה שיש לו : וזה בבשר ודם אף כי בשם ית'  
 אשר מיני הממשלה שלו אין להם מספר וכל המושלים  
 Elohim, id est, Dominus potentiarum omnium. Ob hanc cau-  
 sam non dicit Moses, El, neq, Eloah, sed Elohim numero  
 plurali. Et sic, אלהים קדושים הוא, Dii sancti ipse, Jof. 24.  
 v. 19. nam ipse complectitur sanctitates omnes. Sic etiam con-  
 suetudo linguae est, loqui de dominio humilium (hoc est, ho-  
 minum) In manum קשה אדנים dominorum (id est, do-  
 mini) duri, Jefa. 19. v. 4. numero plurali : idq, propter  
 amplitudinem excellentiae domini istius, & multas species do-  
 minii, quod habet ipse. Si hoc dicitur de carne & sanguine, (id  
 est, simplicei homine) quanto magis de Deo ( qui sit ben-  
 dictus) sic loqui convenit, cujus multiplicis domini non est  
 numerus, & à quo solo, quicunq, dominantur, dominium  
 suum possident, qui unus est, sed potentiae ejus plurimae. Vi-  
 de eundem Genes. 1. vers. 26. Non est dissimile,  
 quod Sapiens Aben Esra scribit Genes. 1. v. 1. hisce  
 verbis : אחר שפצאנו אלוה ידענו כי אלהים לשון רבים :  
 ושרש זה מדרג ה' לשון : כי כל לשון יש לו דרך כבוד :  
 וכבוד לשון לועז שיאמר הקטן לנוכח הגדול לשון רבים  
 ובלשון שמעאל דרך כבוד שי' דבר הגדול כמו המלך  
 בלשון רבים, ובלשון הקדש דרך כבוד לומר על הגדול  
 לשון רבים כמו אדונים ובעלים שאמרו אדנים קשה  
 : ולקח בעליו על כן אמר הכתוב ברא ולא בראו :  
 Id est, Posteaquam invenimus Eloah, (numero singul.) scimus  
 quod Elohim est numeri pluralis, & radix hujus locutionis  
 est ex consuetudine linguae. Nam unicuiq, linguae est consue-  
 tudo honoris. Ut honorificum est in lingua Italica, si alloqua-  
 tur minor praesentem magnatem numero plurali : sic lingua  
 Fismaelitica sive Arabica honorificum est, ut magnus, veluti

Rex, loquatur numero plurali. Pariter in lingua sancta honorificum est loqui de magnate numero plurali: ut אֲדֹנָיִם & בְּעָרִים. Dicunt enim, אֲדֹנָיִם קָשָׁה Domini durus, וְלָקַח בְּעָרָיו Et accepit domini ejus. Idcirco dicit Scriptura, בָּרָא בָרָא Creavit, & non בָּרָאוּ Crearunt. Kimchi in Michlol folio 9. scribit: וַיֵּשׁ שִׁיבוּאוּ בְלִשׁוֹן תִּפְאָרֶת לְיַחֲדִיד Id est, Quaedam veniunt numero plurali honoris causa de unico, ut cum Bildad de seipso loquitur: Instruite & postea loquemur, Job. 18. v. 1. Quare reputamur ut jumentum? quare sordemus in oculis vestris, ibid. v. 3. quasi dicat, An me jumentum aut bestiam esse putas, ut nesciam quid eloqui debeam? an tantopere sordeo in oculis tuis? Item: Trahe me post te, curremus, Cantic. 1. v. 4. hoc est, curram ego sponsa regia. Exultabimus & letabimur de te, commemorabimus amores tuos, ibid. scilic. Exultabo ego sponsa, quæ mox numero singulari loquitur, Nigra sum, &c. Et dixit Abschalom ad Achitophellem: Date vobis (Pleonasmus pro, Date quaeso) consilium, quid facturi simus, 2. Sam. 16. v. 20. pro, quid facere debeam ego Abschalom. Sic quoque quidam interpretes accipiunt illud: Faciamus hominem ad imaginem nostram, Genes. 1. v. 26. Sic Daniel Syriacè de seipso: Et interpretationem ejus dicemus coram Rege, Dan. 2. vers. 36. & alia plura his similia. Sic denique consuetudo est in aliis linguis loqui numero plurali, honoris causa de unico, Rabbi Salomon ad illud אֱלֹהִים קְדוֹשִׁים, אֲדֹנָי הוּא Job. 24. 19. scribit: בְּרֹב מְקוֹמוֹת נִקְרָא כֹל לִשׁוֹן רַבְּנוֹת לִשׁוֹן רַבִּים כְּמוֹ אֲדֹנָי יוֹסֵף אֲדֹנָי אִם בְּעָרֵיו עָמוּ אֲשֶׁר הָלְכוּ אֱלֹהִים לַפְדוֹתוֹ לְפִי שֵׁם הַזֶּה שֵׁם שְׂרָרָה הוּא id est, In multis locis legitur locutio domini (id est, vocabulum, Nomen dominum significans) numero plurali, veluti, Domini Joseph, Domini terra, Si domini ejus cum eo, Ive-

eo, Iverunt dii ad redimendum eum propterea quod Nomen hoc est nomen dominii. R. Bechai in Gen. i. ψ. 26. *נְעִשָׂה בְּלִשׁוֹן רַבִּים שֶׁהוּא דְרָךְ הַלִּשׁוֹן בְּמַלְכִים וְנִכְבְּדֵי אֶרֶץ שִׁדְדָר יַחֲדִיד מֵהֶם בְּלִשׁוֹן רַבִּים וְהוּא דְרָךְ מַעֲלָה וְכַבּוֹד, וְהִנֵּה לְבֵן הָיָה יָחִיד וְאָמַר וְנִתְּנוּ לָךְ נָם אֶת זֹאת: וְכָתִיב אוֹלֵי אוֹכֵל נֶפֶשׁ בּוֹ, וְכָתִיב וּפְשִׁרְיָהּ נֹאמַר קִדְם מִלְפָּנָי, דְרָךְ אוֹכֵל נֶפֶשׁ בּוֹ. Id est, Faciamus numero plurali dicitur, quæ consuetudo est linguæ de regibus & honoratioribus terra, ut loquatur unicus ex illis numero plurali, idq; excellentia & dignitatis causâ. Ecce Laban erat unicus, & tamen dixit numero plurali: Et dabimus tibi etiam hanc, Genes. 29. ψ. 27. Scriptum etiam est: Fortasse prævalebo, percutiemus eum, Num. 22. ψ. 6. ait Balak rex Moabitarum. Præterea scriptum: Et interpretationem ejus dicemus coram Rege, Dan. 2. ψ. 36. quippe consuetudo magnatum est loquific. De his tamen locis Ab. Efra Gen. i. ψ. 26. scribit: *וְאֵלֶּה הָעֵדִים עֵדֵי שֶׁקֶר הֵם* At isti testes, testes falsi sunt. Idcirco aliter ista interpretatur. Vide eundem Exo. 21. ψ. 4. Sic Hebræi locutionem pluralem de unico, consuetudini linguæ suæ tribuunt, ita ut hac Enallage numeri summa personæ excellentia significetur. Nostri Theologi ferè pluralem numerum in locutionibus divinis, pluralitatem personarum in Deo denotare volunt, aliis tamen aliter etiam sentientibus. Vide Syntagma Theologiæ Christianæ D. D. AMANDI POLANI lib. 3. cap. 3. & libellum Elohim JOH. DRUSII.*

Secundo est Enallage generis, quando Verbum & Nomen genere discrepant. Hæc autem discrepantia certo & peculiari linguæ usu, non abusu aut confuso loquendi genere fit, ac per conveniens Nomen subintellectum concilianda est: ut,

וְהָיָה הַנְּעוּרָה Eritque puella, Genes. 24. ψ. 14. hîc Verbum masculinum, Nomen fœmininum est. At hîc nulla discrepantia est: Verbum enim הָיָה absolute ponitur, & non refertur ad Nomen, hoc sensu: Et erit vel accidet, aut, Si fuerit vel acciderit, ut puella ad quant dixerò, &c. Sic ψ. 43. הָיָה הַנְּעוּרָה Erit ergo, ut puella egrediens, &c.

וַיִּזְחֲמוּ הָעֹצֵרִים Et conceperunt oves, Gen. 30. 39. Verbum masculinum, Nomen fœm. Mos linguæ est, scribit Ab. Esra, marem & fœminam sing. num. genere distinguere, at in plurali non curatur, quia ibi sexus miscetur.

בְּקִהְלִים אֶל תִּחַד כְּבוֹדִי In cœtum eorum ne adunator (fœm.) gloria mea (masc.) Gen. 49. 6. Verbum hîc ad intellectum refertur: intelligitur autem per Gloriam vel לשון Lingua, glorificationis Dei instrumentum, vel נַפֶּשׁ Anima, quæ Nomina sæpius fœminina sunt.

Aben Esra scribit כְּבוֹד in hoc solo loco fœminine usurpari.

כָּל מְלָאכָה לֹא יַעֲשֶׂה בָהֶם Ullum opus (fœmin.) non fiet (masc.) in eis, Exod. 12. 16. h. e. כָּל דְּבַר מְלָאכָה Omnis res operæ, id est, ulla res, quæ externo opere conficitur, aut speciem externæ & servilis operæ habet. Sic Exod. 31. 15.

אֶת הַמִּנְחָה אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה מֵאֹרֶה Omne munus (fœmin.) quod fiet (masc.) ex eis Lev. 2. v. 8. pro מִנְחָה כָּל קָרְבַּן מִנְחָה Omnem oblationem muneris, ut est, ψ. 1. & 4.

וְאַתָּה תְּדַבֵּר אֵלֵינוּ Tu autem (fœm.) loquitor (masc.) ad nos, Deut. 5. 27. quæ sunt verba populi animo perturbato Mosen sic alloquentis. Ter autem hoc Pronomen fœm. loco masc. usurpatur, ut à Masorethis observatum est: vide infra in Syntaxi Participiorum.

כִּי יְהִיָּה נְעוּרָה בְּתוּרָה Quum fuerit (masc.) puella virgo, (fœmin.) Deut. 22. v. 23. explicatio est, ut antè, in primo exemplo. בִּישְׂרָאֵל

לְיִשְׂרָאֵל וְתָהִי חֹק בְּיִשְׂרָאֵל *Fuitq<sub>2</sub>* (fœmin.) *ritus* (masc.) *in Israele*, *Jud. II. v. 39.* Sensus; *Fuitq<sub>2</sub>* *in ritum vel consuetudinem in Israele.* Verbo enim fœminino convenit Nomen subintellectum ex versu sequenti, nempe בְּנוֹת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *Itio filiarum Israele*, & חֹק est pro חֻקִּים, ut & Chaldæus habet לְגִזְרָא *In decretum.*

אִם יֵצְאוּ בְנוֹת שְׁלוֹ *Quum exhibant* (mascul.) *puella Schibis* (fœm.) *Jud. 21. 21.* utitur Verbo masculino tanquam genere digniore, quasi etiam viri aut juvenes cum illis exierint, aut genus masculinum notat virilem proterviam puellarum exeuntium, quas decuisset domi mansisse, sic raptæ non fuissent.

כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתָם *Sicut fecistis*, *Ruth I. v. 8.* dictum genere masc. de nuribus Naomi. Vide supra cap. 8. in enalage generis.

אֲשֶׁר הָבִיא שְׁפָחָתְךָ לְאֹדְנִי *Quam attulit* (masc.) *ancilla tua domino meo*, *I. Sam. 25. v. 27. h. e.* שְׁפָחָתְךָ נָעַר *Puer vel servus ancilla tue.* Ponitur autem nomen Ancilla, quòd ea esset הַהֲבָאָה עֲקָרָה *fundamentum adductionis*, ut Kimchi loquitur. Ea enim mittebat.

וְתָכַל דָּוִד הַמֶּלֶךְ *Et consumpsit Davidem regem*, *I. Sam 13. 39. sc.* הַתְּאוּהָ *Desiderium exeundi ad Abscholomum*, vel, אִשְׁתּוֹ *Uxor ejus, mater Abscholomi*, ad exeundum ad Abscholomum, ut Ab. Esra interpretatur. Alii interpretes, ut & Chaldæus paraphrastes, intransitivè (contra proprietatem Verbi istius in Conjugatione Pihel) exponunt, *Et desideravit*; vel; *Desiderio consumpta fuit*, scil. נַפְשׁוֹ *anima Davidis.* Hanc interpretationem firmat nota Masoretharum ad hoc Verbum, quæ habet, *Bis legitur sed in duplici significatione.* Ergo cum Gen. 24. 19. transitivè sumatur; in hoc loco intransitivè, juxta ipsorum mentem, explicandum erit.



וְהִבֵּאתִי אֵלָי Adducit eum ad me, 2. Sam. 14. v. 10. scil. Tu femina Tekoæ. Verbum formâ masculinâ Pronomen adjunctum habet; nam in secunda fœminina dicendum fuisset וְהִבֵּאתִי. Ratio est, scribit Kimchi in Commentariis, quod locutio fiat non directè ad mulierem istam, sed ad aliquem astantium ministrorum, qui mulieri adjunctus, adducere eum debuit, quod sola mulier præstare non potuisset.

וָיָבֵא אֱלֹהִים Veneritq; (masc.) execratio (fœm.) 1. Reg. 8. 31. i. e. הַנִּשְׁעָז לְהִשָּׁבַע אִישׁ אֱלֹהִים Vir execrationis; nempe, הַנִּשְׁבַּע לְקַבֵּל הַנִּשְׁבַּע הָאֱלֹהִים Jurans recipiendo super se execrationem, ut Kimchi interpretatur; vel denique juxta paraphrasten Chaldæum, הַמִּשְׁבִּיעַ Jurare faciens, Deferens juramentum execrationis.

וַיִּצְבֹּר הַרְגָה Et transivit (masc.) clamor (fœm.) 1. Reg. 22. v. 36. de hoc vide supra cap. 4. in prima specie Ellipseos.

בִּי הִזְזָה מִמֶּנּוּ הַמִּלְחָמָה Quòd invalesceret (masc.) præ se bellum (fœm.) 2. Reg. 3. v. 26. id est, הַמִּלְחָמָה דָּבַר Negotium bellicum, ut Kimchi explicat. Verbum etiam genere masculino dici possit respectu Nominis synonymi קָרִב Prælium. Nam Israelitæ jam cæsi erant & in fugam versi.

פִּילֶגֶשׁ בְּלֵב מַעֲכָה יֶלֶד שֶׁבָה Concubina Calebi fuit Maacha, peperit Schebber, 1. Paral. 3. v. 8. reddendum per ellipsin יֶלֶד מִמֶּנָּה Genuit ex ea. Nam Verbum significat & Gignere & Parere, & cùm hîc masculinum sit, ad virum Caleb referendum est.

וְכָל הַנְּשִׁים יָתְנוּ יָקָר לְבַעֲלֵיהֶן Et omnes fœminæ (fœmin.) tribuent (masc.) honorem maritis suis, Esth. 1. v. 20. Verbum masculinum fœminis attributum honoris causâ, ad

ſâ, ad celebrandam obedientiam & reverentiam ipſarum erga maritos ſuos.

יִפְצוּ מֵעֵינֶיךָ חוּצוֹת Disſergantur fontes tui forâs, Prov. 5. verſ. 16. Verbum maſculinum eſt, Nomen ſcœminum, unde ſubaudiendum Nomen מֵי Aquæ fontium tuorum.

כָּל־הַיּוֹם הַתְּאוּה תְּאוּה Toto die cupit (maſc.) cupiditas (fœmin.) Prov. 21. 26. pro הַתְּאוּה אִישׁ Vir cupiditatis, id eſt, cupidus, avarus, qui multa habens, plura ſemper habere cupit; vel, Deſiderat deſiderio, flagrat deſiderio habendi, ſcil. piger, de quo in præcedenti verſu.

וַיֹּאבֵד אֶת־לֵב מִתְּנָה Et perdit (maſc.) animum donatio (fœmin.) Eccleſ. 7. v. 8. Diſcrepantia tolli poteſt per Nomen ſynonymum maſculinum מִתְּנָה Donum, vel מִתְּנָה אִישׁ Vir donationis, Munificus, qui oblatiſ muneribus homines emit, emptos corrumpit.

אָמַר קְהֵלָה Dicit congregatrix, Eccleſ. 1. v. 2. ſcilicet מַלְאָכָה Anima, vel חֲכָמָה Sapientia regis Salomonis, populum ad audiendum congregans. Verbum maſc. eſt, quia de tota perſona dicitur, & inde redditur à Græcis ἐκκλησιαστής, Eccleſiaſtes, ſermonem ad populum congregatum habens.

אִין־נַעֲשֶׂה פְתוּם Non efficitur (fœm.) decretum (maſc.) Eccleſ. 8. v. 11. Ad intellectum refertur Verbum, reſpicens ad נִקְמָה Ultionem, vel גְּזֵרָה Decretum: intelligitur enim tale decretum, quo fiat ultio & vindicta mali operis.

עֲמַל הַבְּסִלִּים תִּיגַעַנְי Labor (maſc.) ſtultorum fatigat (fœm.) quemq; eorum, Eccleſ. 10. v. 15. עֲמַל ponitur hîc ſenſus ratione pro fœminino אֲגִלָּת vel בְּסִילוֹת Stultitia, quæ ſe fatigant fruſtra in iis acquirendis, quæ præ ſtultitia acquirere non poſſunt. Eſt itaque perinde ac ſi dictum,

dictum, כְּסִילוֹת הַכְּסִלִּים. *Aben Esra scribit, עָמַל ubiq<sub>3</sub> esse masculinum, hoc solo loco excepto.*

וְאִם תִּעְרְרוּ וְאִם תִּעְרֹרוּ אֶת הָאֱהָבָה Si excitetis aut si expergefaciatis amorem hunc, *Cant. 2. 7.* Verbum mascul. dicitur de בְּנוֹת יְרוּשָׁלַיִם *filiabus Jerusalem*, quas & eodem versu per Pronomen mascul. אֶתְכֶם compellat, nempe sensus ratione. Non enim tantum istæ, sed omnes nationes & populi monentur, ne amorem sponsi Christi, erga sponsam ecclesiam turbent.

וְיִשְׁחָזוּ בְּלִבְנוֹת הַשִּׁיר Et deprimentur (mascul.) omnes filie (fœmin.) *Cantici, Eccl. 12. 4. i. e.* כָּל קוֹלוֹת שֶׁל כָּלִי הַשִּׁיר omnes soni (mascul.) instrumenti musici, vel; כָּל שָׂרִים כָּל שְׂרוֹת omnes cantores & cantatrices.

וַיֵּדְרוּ רְאוּהָ בְּנוֹת וַיֹּאשְׁרוּהָ מַלְכוּת וּפְלִגְשִׁים וַיְהַלְלוּ Viderunt eam filia & beatam prædicarunt eam regina & concubina, & laudarunt eam, *Cant. 6. v. 8.* Verba hîc sunt masculina, respondentia fœmininis, propterea quod non tantum ad puellas & reginas, sed quoslibet status hominum referantur.

תַּחֲתֶיךָ יִפֵּעַ רֶמֶס Subter te sternitur lumbricus, *Jesa. 14. v. 11.* & mox, וּמִכְסִיךָ תוֹלְעָה Et operiunt te vermis: Item; וַתַּעַל הָעֶפְרָדַע Et ascendit rana, *ibid. v. 6.* in quibus masculinum & fœmininum conjunguntur. De his scribit Kimchi: *Mos est lingue, ut de Nominibus specierum animalium, quando collectivè sive generaliter sumuntur, loquatur nunc genere masculino, nunc genere fœminino.*

חֲרָדוּ שְׂאֲנַנּוֹת Trepidate ô tranquilla, *Jesa. 32. v. 11.* hîc Verbum masculinum dicitur de inhabitatoribus, qui metonymicè per *Tranquillas urbes* significantur.

וּבֹא עָלֶיךָ רָעָה Et veniet (mascul.) super te malum (fœm.) *Jes. 47. 11. i. e.* יוֹם רָעָה Dies mali, *Tempus adversitatis*, ut integrè est, *Pf. 27. 5. & alibi.*

מַהֲרָה וּתְכַרְתִּי לָךְ מֵהַמָּוֶה *Excidisti (masc.) tibi pra illis, Jefa. 57. v. 8.*

Verbum masculinum de Jehuda meretrice usurpatum, denotat masculam & insignem scortationem ejus, quòd masculè & intrepidè exciderit, & exstruxerit sibi cubile majus quàm majores ejus, ut tantò plures ad concubitum admittere posset. Sic; וְתַעֲשֶׂי וְתִכְבְּלֵי *Et perficis (tu Jehuda meretrix) mala ista, & pravales (masc.) Jer. 3. v. 5. h. e. masculè & potenter omnia scortationis mala exequeris.*

מִדְּוַע שׁוֹבְבָה הָעַם וְזוֹרָה *Quare rebellis est (foemin.) populus hic; Jer. 8. 5. pro עֲדַת הָעַם יְצַדֵּת Congregatio populi hujus. Sic intelligas etiam, Jud. 18. 7.*

וְיִצְאָ מֵהֵם תּוֹדָה *Et prodibit (masc.) ex eis gratiarum actio (foem.) Jerem. 30. v. 19. pro קוֹל תּוֹדָה Vox gratiarum actionis; quod substantivum in seq. membro verius exprimitur.*

וּבָתּוֹ לֹא תִקַּח לְבִנְךָ כִּי יִסֵּר אֶת בְּנֶךָ *Et filiam ejus non accipies filio tuo: quia avocabit (masc.) filium tuum, Deut. 7. 3. 4.*

וְאַל־מְנוֹתַיְךָ עָלַי תִּבְטְחוּ *Et vidua tuae (foemin.) in me confidem, (masc.) Jerem. 9. v. 11. Est hic in Verbo enallage generis & personæ pro תִּבְטְחוּנָה quidam tamen pro persona secunda retinent, Confiditote. Simile est mox ex Ezech.*

תִּפְלֵאֲתָךְ הָשִׂיא אֶתְךָ *Horror tui decepit te, Jerem. 49. 16. Verbum mascul. ad intellectum refertur, quasi dicat, Quòd tuâ crudelitate vel horrendâ regione aliis horrores, id te decepit.*

וְעֵקֶה בְּגוֹיִם נִשְׁמָע *Clamor (foem.) in gentibus audietur (masc.) Jer. 50. 46. h. e. קוֹל וְעֵקֶה Vox clamoris: id enim substantivum mascul. præcedenti membro exprimitur, & servit utrique loco, scribit Kimchi.*

וּבֵא בַשָּׁנָה הַשְּׁמוּעָה *Et venerit (masc.) in anno hoc rumor*

ille (fœm.) Jer. 51. 46. id est, קול שמועה, Vox rumoris, ut est Jerem. 10. 22.

עוד אדבר דבר ויעשה לא תמשך עוד Eloquar verbum (masc.) & fiet, non protrahetur (fœm.) amplius, Ezech. 12. v. 25. hîc Verbum fœm. ad intellectum refertur. Nam per דבר intelligitur דְּבַר Decretum, quod fœmin. est, cujus respectu effertur Verbum genere fœminino. Quidam subintelligunt Nomen fœm. עַת Tempus.

ותבוא עד שנותיו Et pervenisti ad annos tuos, Ezech. 22. v. 4. hîc Verbum masculinum dicitur quidem de יְרֵי Urbe, sed intelligitur per Urbem, עַם Populus urbis. Sic meronymia discrepantiam generis tollit.

ועשיתו תועבה Fecistis abominationem, Ezech. 33. 26. hîc Verbum fœmininum de viris usurpatum, indicat effœminatam ipsorum animum, quod singuli uxorem populi polluerint, ut statim illic sequitur. Aut hoc membro alloquitur הנשים Feminas terræ Israelis; & sic genus convenit.

ותקרבו עצמות Et appropinquarunt ossa, Ezech. 37. 7. ubi Enallage generis & personæ simul, ut antè ex Jerem. 49. v. 11.

היא העיר הפקד כלה Ea urbs (fœm.) visitata est, (masc.) tota, Jer. 6. 6.

והריתי בקעו Et gravida eorum diffidentur, Hof. 14. 1. Verbum masculinum est quasi in animo habuerit dicere, Gravidas eorum בקעו הַצָּר diffindet hostis, aut בקעו, diffident, scilicet hostes.

תהי נעלמה Erisq, abscondita, Nah. 3. v. 11. hîc Verbum תהי speciali contractione est pro תהי, & sic nulla est anomalia.

והוכן והגיתה שם על מנתה Ut stabiliatur & collocetur illic super basin suam, Zach. 5. 11. hîc juxta R. Salomonem,

nem, anomaliam nulla est. Nam ad prius Verbum subaudiendum substantivum הַבַּיִת *Domus*; ad alterum, remotius הַאִיפָה *Epha*.

וְעוֹלָה לֹא נִמְצָא בְּשִׁפְתָיו *Et iniquitas (foem.) non est inventa (masc.) in labiis ejus, Mal. 2. 6. הַיְעוֹלָה est pro עוֹלָה Verbum iniquitatis, doctrina falsa.*

Hoc vel simili modo de aliis exemplis judicandum erit, ne quis existimet, genera promiscuè in hac lingua confundi. Non enim sine certa causa hoc vel illo modo authores sacri locuti sunt. Quò pertinet R. Davidis Kimchi admonitio, quam habet in Michlol folio 67. his verbis: וְהוֹשִׁיבוּ עַל אוֹפְנֵי כַף הַיְכוּלָה : וְלֹא לֵאמֹר לְשׁוֹן נִקְבָה : עַל זָכָר וְלְשׁוֹן זָכָר עַל נִקְבָה : i. e. *Propterea necesse est diligentem adhibere considerationem in lingua hac, & reducere eam in formam suam quantum possibile est, neq; loqui genere foemino de masculino, aut masculino de foeminino.* Et fol. II. ubi etiam de Enallage hac generis egit, subjicit: וְלֹא שִׁיחָה : לְשׁוֹן זָכָר נִפְלָא עַל זָכָר אֲלֵא בְּכָל אֶחָד מֵהֶם דְּבַר נִסְתָּר נִפְלָא : וְהוֹשִׁיבוּ עַל הַמִּבְּיָן בְּהִיּוֹת הַדְּבָר הַהוּא הַנִּפְלָא נִזְכָּר בְּעִנְיָן אוֹ מְזוּבָן מִפְּנֵי וְאִזּוֹ הַסְּקָרָא דְּרַדְּ קִצְרָה : כִּי בִּן דְּרַדְּ הַסְּקָרָא : בְּמִקּוּמוֹת רַבִּים : Id est, *Non quòd sit vocabulum hoc cadens in illud (hoc est, voces diversi generis promiscuè conjungantur) sed in unoquoq; illorum vocabulum occultum exiit. Nititur autem Scriptura super intelligentem, cum vocabulum illud occultum cadens, vel commemoratum sit in textu, aut ex eo intelligatur. Unde capit Scriptura viam brevitatis, ut mos ejus est in locis plurimis.*

Tertiò, est Enallage personæ: ut, כִּי יִבְשׁוּ מַאֲלִים אֲשֶׁר חֲמַדְתֶּם *Nam pudefient propter lucos quos desiderastis, Jesa. 1. 29. וְתִבְשׁוּ Pudefietis.* Aben Esra tamen dicit, posse hoc etiam propriè accipi, ad formam antecedentis Verbi יִבְלוּ.

וְכַפֵּר אֶת נַעֲרֶיךָ אֶל יְבוּגָה Et in uxorem adolescentiæ tuæ ne perfidè agat, Mal. 2. 15. pro תְּבַגֵּד Perfidè agas. Vide Soph. 2. 5. 12. Mich. 7. 5. 15. 19. Jesa. 42. 20. & alibi passim.

Item generis & personæ simul, ut cùm secunda pluralis masc. ponitur loco tertiæ fœmininæ pluralis: וְאַל תִּמְנֹתֵךְ עָלַי תְּבַטְחוּ Et Vidue tuæ in me confidētis, Jer. 49. 1. 11. pro תְּבַטְחוּנָה Confident; vide Ezech. 37. 7. Job. 19. 15.

CAPUT XI.

*De Syntaxi Verbi, quâ Nomen regit in casu Dativo.*

**A**DHUC fuit convenientia Verbi cum Nomine: sequitur Rectio, & primùm Verbi finiti.

Verbum finitum regit Nomen, Pronomen vel Participium (quatenus usum Nominis habet) in aliquo casu nunc nudè & simpliciter, nunc intercedente aliquâ præpositione, & id quidem frequentissimè. Sunt enim omnia Verba simplicia, ac idcirco Præpositionem quam Græci & Latini cum Verbo componunt, Hebræi inter Verbum & Nomen disponunt, unde multi peculiare, & Hebræis proprii loquendi modi oriuntur, diversæq; unius thematis significationes sæpè distinguuntur. Sic וָרָחֵק est Accedere & Discedere pro diversa constructione: נָשָׂא Adferre & Auferre & similia alia plurima.

Rectio Genitivi hîc propriè nulla est. Nam quibus Latini genitivum addunt, uti Verbis curæ & perturbationis animi, memoriæ & oblivionis, copiæ & inopiæ, mercandi & similibus, ea Hebræi efferunt per Accusativum vel Ablativum cum præpositione aliqua, ut in sequentibus videbitur.

REGU-

## REGULA PRIMA.

Quodlibet Verbum admittit Dativum personæ aut rei, cui qualicumque modo aliquid acquiritur vel tribuitur: ut,

בְּיָמַי הַטִּיבָה יְהוָה לְטוֹבוֹתֵיכֶם *Benefac ô Domine, bonis, Psal. 125. 4.*

Hoc verbum etiam cum Accusativo construitur: ut, בְּיָמַי הַטִּיבָה בְּרִצּוֹנְךָ אֶת־צִיּוֹן *Beneficio affice pro benevolentia tua Tzionem, Psal. 51. v. 20.* Sic & Græci cum Accusativo; Ἐπιείκην τὸν Ἐπιεικῆ, *Bono afficere beneficientem, apud Xenophon. καὶ Ἐπεπιεικῆ, Et bono te afficiet, Deut. 30. v. 5.*

אַחֲרַי אֲשֶׁר־הִטִּיב לָכֶם זְהָרַע לָכֶם *Malefaciet vobis, postquam benefecerit vobis, Jos. 24. 20.*

לָכֶם נָתַתִּי לְקַח טוֹב *Doctrinam bonam trado vobis, Prov. 4. 2.*

Omissis illis, quæ communem structuram sequuntur, proponemus ea, quorum structura in hac lingua propria est, ab aliis aliena. Sic multa apud Latinos Accusativum regentia, hîc habent Dativum, & contrâ, multa hîc Accusativum regunt, quæ apud Latinos Dativum. Quædam diversos casus regunt, adjunctâ etiam Præpositione, ex quibus omnis proprietas Hebræi sermonis, ejusque multiplex elegantia evidenter elucescet.

I. Arctandi, Premendi verba הִצִּיק, הִצִּיר Dativum regunt: ut,

כִּי־הִצִּיקָה לוֹ בְּדַבְרֵיהָ *Quum premeret eum, verbis suis, Jud.*

16. v. 16. Sic Deut. 28. 53. Jer. 19. v. 9. & alibi. Construitur & cum Accusativo affixo, Jud. 14. 17. Job. 22. v. 18.

וְהִצִּיר לְךָ בְּכָל־שַׁעְרֶיךָ *Et angustiabit te in omnibus portis tuis,*

Deut. 28. v. 57. Sic Jer. 10. v. 18. Soph. 1. v. 17. Neh. 9. v. 27.



2. Dimittendi, Permittendi, Sinendi וְהִנִּיחַ : ut,  
 וְהִנִּיחָה לְךָ וְאֵתְּהָה הַנִּיחָה לְךָ Nunc itaq<sub>3</sub> sine me, Exod. 32. v. 10.

וְיִקְלַל הַנְּחָו לֹו וְיִקְלַל Sinite illum ut maledicat, 2. Sam. 16. v. 11. vide  
 & Hof. 4. 17. Eccles. 5. v. 11.

3. Expectandi, Præstolandi, וְחָכְהָה , וְיַחַל , וְכַתַּר , וְקָנָה ,  
 quorum tamen quædam interdum etiam cum Præpo-  
 sitione אֶל & לְ admittunt Accusativum : ut,

לֹו אִם יִתְמַהְמַתָּה חָכְהָה לֹו Si cunctabitur, expecta eum, Hab. 2. 3. Sic  
 Jef. 8. 17. Ps. 106. 13. & alibi. Cum Accusativo, Job. 32. 4.

לְחַסְדֹו לְמַיְחָלִים לְמַיְחָלִים Expectantibus benignitatem ejus, Psal. 33. 18.  
 Sic Psal. 31. 25. & 119. 43. & alibi.

וְצִיֹו כַתַּר לִי וְצִיֹו Expecta me paulisper, Job. 36. 2.

וְנִקְוָה לְמַשְׁפָּט וְאִין לִישׁוּעָה רַחֲמָה מִמֶּנּוּ Expectavimus jus,  
 sed nullum est; salutem, procul abest à nobis, Jefa. 59. v. 11.

Construitur & cum nudo Accusativo.

4. Interrogandi, Consulendi וְשָׂאֵל : ut,  
 וְשָׂאוּ לְךָ לְשָׁלוֹם Et interrogabunt te de pace, 1. Sam. 10. 4.

id est, valetudine, prosperitate, hoc est, benè tibi precabun-  
 tur, salutabunt te pacificè. Sic 1. Sam. 25. 5. 2. Sam. 8. 10.

וְשָׂאֵל לֹו בְּמַשְׁפָּט אֹרִיִם Ut consulat eum propter judicium  
 Urim, Numer. 21. v. 2. vide & 2. Reg. 3. 6. Job. 8. 8. Fre-

quenter etiam hoc sensu construitur cum Accusati-  
 vo, item cum Præpositione בְּ, ut Jud. 18. 5. 1. Pa-

ral. 10. 13. & alibi passim.

5. Respondendi, וְעָנָה , וְהִשִּׁיב . Structura horum  
 cum Dativo, nota & communis est, cum Accusativo  
 non item : ut,

וְלֹא עָנּוּ הָעָם אֶתֹו דְבָרֹו Et non responderunt populus ipsi ver-  
 bum, hoc est, quicquam, 1. Reg. 18. 21. Sic 2. Reg. 18. v. 26.

וְהִשִּׁיבֹו אֶתְּכֶם דְבָרֹו Et respondebo vobis verbum, hoc est, refe-  
 ram vobis responsium, Num. 22. 8. Sic 2. Sam. 3. v. 11. Neh.

6. 4. 1. Reg. 2. 30. 6. Man-

6. Mandandi, Præcipiendi צוה . Cum Dativo, Num. 9. v. 8. Jefa. 38. 1. Sæpius cum Accusativo: ut כַּאֲשֶׁר צִוָּה אֱלֹהִים אֶת נֹחַ Quemadmodum praeceperat Deus Noacho, Gen. 7. 9.

אֶת וּצְוִיתָה אֹתוֹ Et mandatis-instruas illum, Num. 27. v. 19. Sic Deut. 31. 5. Levit. 25. v. 21. Deut. 4. v. 2. & passim. Item cum Præpositione אֶל, 2. Sam. 17. v. 23. 1. Reg. 11. v. 10. Et cum עַל: ut, וַיֵּצֵא יְהוָה אֱלֹהִים עַל הָאָדָם, Et praecepit Dominus Deus super hominem, Gen. 2. v. 16. id est, Interdixit homini. Nam hoc modo constructum, prohibitionem sive Interdictum denotat, scribit hic Aben Ezra: vide Genesios 28. v. 6. Jefa. 5. 6. 1. Reg. 2. 4.

7. Subsannandi, Irridendi, Illudendi, הִתְעַלֵּל, הִלְעִיב, הִלְעִיב, הִלְעִיב, שָׂחַק, הִתְלַל, הִלְעִיב, הִלְעִיב, quorum quaedam etiam Accusativum admittunt cum Præpositione אֶל vel עַל: Item Sprenendi, Contemnendi, בִּזָּה, בִּזָּה, בִּזָּה, ut, וְעֵין תִּלְאֵן לְאֵב וְתִבּוֹ לִיקָהָת אִם יָקְרוּהָ עֲרֵבֵי נַחַל Oculum, qui subsannat patrem, aut spernit obedientiam matris, effodit istum corvi vallis, Proverb. 30. v. 17. Nota & Sprenendi Verbum cum Dativo hîc construi: cui simile: וְיָבִי לוֹ בִּלְבָבָהּ Et sprevit eum in corde suo, 2. Sam. 6. 16. Item, לֵךְ לְעֵנָה לֵךְ בִּזָּה לֵךְ לְעֵנָה לֵךְ Contemnit te, subsannat te, Jefa. 37. 22. quæ aliâs etiam cum Accusativo construuntur.

וְלִרְכֹבֹו תִשְׂחַק לְסוּס וְלִרְכֹבֹו Irridet equum & sessorem ejus, Job. 39. v. 21. vide etiam v. 25. Psal. 37. 13. Jud. 16. 25.

Cum Præpositione: ut,

וַיֵּהוּוּ מִשְׂחִיקִים עֲלֵיהֶם וּמִלְעִיבִים בָּם Fueruntq<sub>3</sub> ridentes super eos, & subsannantes in eos, 2. Par. 30. v. 10. vide Neh. 4. v. 1. וַיֵּהוּוּ מִלְעִיבִים בְּמַלְאֲכֵי הָאֱלֹהִים Fueruntq<sub>3</sub> subsannantes, in prophetis Dei, 2. Par. 36. 16.

כֹּו כִּתְלֹו בְּאֲנוּשׁ כִּתְלֹו Sicut illudit quis in mortalem hominem, illudetis ipsi, Job. 13. v. 9. vide Gen. 31. v. 7. Jud. 16. 10.

וְהִתְעַלְלוּ Et illudant in me, 1. Sam. 31. v. 4. vide Num. 22. v. 29. Sic apud Latinos: Adeone videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis, Ter. And. In Albutium illudens, Cic. 3. de Orat.

8. Osculandi Verbum וְנָשַׁק ut, וְכָל הַפֶּה אֲשֶׁר לֹא נָשַׁק לוֹ Et omne os quod non fuerit osculatum illum, 1. Reg. 19. 18. & mox וְנָשַׁקְתָּ נָא לְאָבִי Osculer queso patrem meum, v. 20. Sic Genes. 27. v. 26, 27. Cum Accusativo rariùs: 1. Sam. 20. 41.

וְיַחְבֵּק לוֹ וְיִנְשָׁק לוֹ Et amplexatus est illum, & osculatus illum, Gen. 29. 13. ubi & Amplexandi Verbum cum Dativo est, quod aliàs regit Accusativum.

9. Seducendi, Decipiendi Verbum הִשָּׂא ut, הִשָּׂא הַשָּׂאתָ לְעַם הַזֶּה Seducendo seduxeris populum hunc, Jer. 4. v. 10. Sic 2. Reg. 18. v. 29. Jer. 29. 8. Aliàs etiam cum Accusativo construitur, Jer. 49. 16.

10. Sanandi, Medendi, רָפָא in Kal, Niphel & Pihel: ut, וְיִרְפֵּא לְכָל תַּחֲלוּתֶיךָ Qui sanat omnes morbos tuos, Psal. 103. v. 3. Sic Num. 12. 13.

וְנִרְפָּא לָנוּ Et livore ejus fit curatio nobis, Jef. 53. 5. וְרָפִאתִי לַמַּיִם הָאֵלֶּה Sanavi aquas istas, 2. Reg. 2. 21. Con- struitur etiam indifferenter cum Accusativo.

11. Prævalendi וְיָכַל: ut, וְיָכֹל נֹכַח לָהּ Prævalendo prævalebimus ei, Num. 13. 31. Sic Psal. 129. 2. Ferem. 38. v. 22. At וְיָכַלְתִּי Prævalui ei, Psal. 13. v. 5. pro וְיָכַלְתִּי לוֹ. De quo loquendi genere vide infra cap. 17. in fine.

12. Vocandi, Clamandi וְקָרָא ut, וְקָרָא אֱלֹהִים לְאוֹר יוֹם וְלַחֹשֶׁךְ קָרָא לְלַיְלָה Et vocavit Deus lucem illum, diem: tenebras autem vocavit noctem, Gen. 1. 5. וְקָרָאתָ לְיִשְׁכָּבֵת Et invitabis Fischajum, 1. Sam. 16. 3.

בְּקָרְאֵי לָךְ

בְּקִרְאתִיךָ *Quum invoco te, Psal. 14. 1.*

וּקְרָאוּ לְמִקְוֹנֹת וּתְבוּאֵי קִרְיָהּ *Et vocate lamentatrices ut adveniant, Jerem. 9. v. 17.* Construitur & passim cum Accusativo & cum Præpositione אֶל *Ad*: quandoque, etsi rariùs, cum בְּ & עַל: ut,

וַתִּקְרָא אֶל-אִשְׁתּוֹ *Et accersivit maritum suum, 2. Reg. 4. v. 22.*

אֶלְכֶם אִישִׁים אֶקְרָא *Ad vos, ô viri, clamo, hoc est, Vos in-clamo, Prov. 8. 4.*

וַיִּקְרָאוּ אֶל-אֱלֹהִים בְּחֹזֶק *Et clament ad Deum in fortitudine, hoc est, Fortiter Deum in-clamanto, imploranto, Jerem. 3. v. 8. vide & Deut. 24. 15.*

אוּ הוּחַל לְקִרְא בְּשֵׁם יְהוָה *Tunc ceptum est invocari in nomine Domini, Genes. 4. 26. hoc est, ut invocarent homines nomen Domini. Sic Jesa. 41. 25. Atque hæc structura in hac phrasi ferè tantùm propria & quidem etiam diverso significatu. Nam cum de Deo dicitur,*

*Vocare in Nomine, est Invocare nomen Dei pro precibus ac laudibus: cum verò ad creaturas refertur, est*

*Nominatim, nomine proprio vel certo aliquem appellare & vocare: ut, בְּשֵׁמֶךָ קָרָאתִי Vocavi in nomine tuo, Jesa. 43. 1. id est, vocavi te nomine tuo. Sic Psal. 49. 12. & alibi*

*Cum etiam dicitur, קָרָאתִי בְּכָל לִבִּי Clamavi cum toto animo meo, Psal. 119. v. 145. Item, וַאֲקָרָא בְּקוֹל גְּדוֹל clamavi voce magna, Gen, 49. v. 14. In talibus locutionibus בְּ notat modum, actionis causam, instrumentum, &c. ac requirit Ablativum, ut traditur infra*

*cap. 13. Reg. 1.*

וְעָלֵינוּ יִקְרָא שֵׁמֶךָ *Vocetur super nos nomen tuum, Jesa. 4. v. 1. id est, vocemur de nomine tuo. Filiae virgines quoadiu innuptæ sunt, vocantur nomine familiæ parentum: cum nubunt ac maritos accipiunt, appellantur de nomine mariti tanquam capitis sui. Est ergo*

idem, ac si dicerent: *Fiamus uxores tuæ, sis maritus noster, ut tuo nomine nos quoq; vocemur.*

13. Credendi, Fidendi, Confidendi, בַּטַח, הָאֱמִין, חָסַר. Cum Dativo hæc construï, commune est: at cum Accusativo & Præpositione, Hebræis quasi proprium: ut,

וְלֹא הָאֱמִין סִיחוֹן אֶת־יִשְׂרָאֵל *Et non fudit Sichon Israeli, Jud.*

ii. 20. Hæc tamen locutio insolens est, neque alibi occurrit, unde per Enallagen casuum sive Antiptosin, Accusativus accipi possit pro Dativo יִשְׂרָאֵל, ut in illo; וַעֲשֵׂה אֶת־דָּמוֹ כַּאֲשֶׁר עָשָׂה לְדַם הַפָּר *Facietq; sanguini ejus quemadmodum fecit sanguini juvenci, Lev. 16. 15.*

Item; וְהִרְאָה אֶת־הַכֹּהֵן *Et ostendetur sacerdoti, Levit. 13. v. 49. pro לַכֹּהֵן sic 1. Sam. 13. v. 4. 1. Reg. 6. 31. & alibi.*

Cum ל five Dativo & Præpositione ב indifferenter hoc Verbum construïtur: ut,

וְלֹא הָאֱמַנְתֶּם לּוֹ *Et non credidistis ei, Deuter. 9. v. 23. sc. Deo.*

וְלִי לְמַעַן תִּדְעוּ וְתֵאֱמִינוּ *Ut sciatis & credatis mihi, Jes. 43. 10. scil. Deo vestro.*

וַיֵּאֱמִינוּ בַיהוָה וּבַמֶּשֶׁה עֲבֹדוֹ *Et crediderunt in Dominum & in Mosen servum ejus, Exod. 14. 31.*

וְלֹא תֵאֱמִין בְּחַיִּיהָ *Et non fides in vitam tuam, hoc est, vitæ tuæ, Deut. 28. 66.*

וַיֵּאֱמֵן אַכִּישׁ בְּדָוִד *Et credidit Achis in Davidem, 1. Sam. 27. 12.*

הָאֱמִינוּ בַיהוָה אֱלֹהֵיכֶם וְתֵאֱמַנּוּ הָאֱמִינוּ בְּנִבְיָאֵי וְהִצִּילְכֶם *Credite in Dominum Deum vestrum, & firmabimini: credite in prophetas ejus, & prosperabimini, 2. Paral. 20. v. 20.*

Hanc structuram & Græci LXX, hoc loco imitati sunt, dum vertunt: ἐμπίστευσαν ἐν τοῖς προφηταῖς αὐτοῦ.

Prius autem membrum per Dativum expresserunt.

וְלֹא הָאֱמִינוּ בְּנִפְלְאוֹתָיו *Neg. crediderunt in mirabilia ejus, Ps. 78.*

32. LXX. οὐκ ἠπίστευσαν ἐν τοῖς θαύμασι τοῦ θεοῦ.

וַיֵּאמְרוּ בְּדִבְרָיו Et crediderunt in verba ejus. Psal. 106. 12. quæ locutio postea v. 24. per Dativum effertur. Unde apparet, Hebræos sine differentia loqui, *Credere in Deum, Credere in prophetas, in verba, &c.*

טוֹב לְחַסוֹת בַּיהוָה מִכַּשֵׁחַ בְּנְדִיבִים Melius est confidere in DOMINO, quam confidere in principibus, Psal. 118. v. 8. וְאֲנִי עָלֶיךָ בִטְחָתִי יְהוָה Ego verò super te confido DOMINE, Psal. 31. 15.

אֲנִי אֶלֶיךָ אֲבֹטָח Ego ad te confido, Psal. 56. 4.

14. Dominandi, Imperandi, בַּעַל, רָדָה, שָׁלַט, שָׁרָה, שָׁרָה, שָׁלַט, רָדָה, בַּעַל rarissime cum Dativo: ut,

וְיֵשְׁבוּ בְּעָלָם אֲשֶׁר בָּעָלוּ לְמוֹאָב Qui dominati sunt Moabo, I. Par. 4. v. 22.

Communitè verò construuntur hîc cum Præpositione ב In, quandoque על Super, quasi dicas; Dominium ac imperium habere vel exercere in aut super aliquem: ut,

כִּי אֲנֹכִי בָעָלְתִי בְכֶם Nam ego dominium obtineo in vos, Jer. 3. 14. & 31. 32. Affixum Pronomen in hanc structuram resolvendum est; בָּעָלוּנוּ אֲדֹנָיִם Dominati sunt nobis Domini, Jesa. 26. v. 13. pro בָּעָלוּ בָנוּ de qua structura vide cap. 27. in fine.

וְיָרְדוּ בְּדֵיַת הַיָּם Et dominamini in pisces maris, Gen. 1. 28. rariùs cum Accusativo: ut, וְכַחֲזָקָה רָדִיתֶם אֹתָם Duriter dominati estis in eos, Ezech. 34. 4. ubi Ellipsis potest esse Præpositionis ב, pro בְּאוֹתָם, cum qua communitè construitur. Et sic Pronomen affixum in Accusativo cum Præpositione ב resolvendum est: ut, לֹא יִרְדָּנוּ בְּפִרְדָּךְ Non dominabitur illi per savitiam, Lev. 25. v. 53. pro יִרְדָּה כּוֹ. Sic Thren. 1. 13.

שָׁלַט הָאָדָם בְּאָדָם Dominatur homo in hominem, Eccl. 8. 9. vide Esth. 9. 1. Psal. 119. v. 133. Cum על: ut,

גַּם בְּעַרְיָהֶם שָׁלְטוּ עַל הָעַם Etiam pueri ipsorum dominati sunt

*super eos, Neh. 5. 15. Sic, כִּי תִשְׁתַּרְרַר עָלֵינוּ Quod & principem constituis te super nos, Num. 16. 13.*

15. Honorandi כִּבֵּד : ut,

וְיִכְבְּדוּ לְשִׁמְךָ *Et honorem habent nomini tuo, Psal. 86. v. 9.*

וְלֹאֵלֹהִים מִעֲזוּם יִכְבֵּד *Et Deum Maozim honorabit, Daniel. II. v. 38. sed hoc etiam cum Accusativo regulariter construitur.*

16. Servandi, Salvandi, Auxiliandi, Juvandi, הוֹשִׁיעַ , עֲזֹר , ut cum Latini dicunt, *Salutem, opem, auxilium asserre alicui : ut,*

וְזֵרוּעָם לֹא הוֹשִׁיעָה לָמוֹ *Et brachium eorum non attulit salutem ipsis, Psal. 44. 4. hoc est, non servavit eos, & sic frequenter hoc Verbum cum Dativo construitur : ut Psal. 72. 4. & 116. 2. Sam. 10. 11. Psal. 86. 16. & alibi sæpius. Unde illud, ὠσανεα τῶ υἱοῦ Δαβὶδ, Hosanna filio David, Matth. 21. v. 9. petita acclamatio ex Psal.*

118. 25. *id est, לְבֵן דָּוִד הוֹשִׁיעָה לָמוֹ salutem presta filio Davidis, vel, Serva filium Davidis : hoc est, Fac ô Deus, ut auspiciatum & salutare sit regnum Messiaë, filii Davidis : benedictus sit qui venit in nomine Domini, id est, benè sit Messiaë, huic, qui per prophetas promissus, nunc tandem exhibitus est, ac in Dei nomine venit, Vivat Rex Messias ; ut Chuschai acclamabat Abschalomo, Vivat rex, Vivat rex, 2. Sam. 16. v. 16. & populus Salomoni, 1. Reg. 1. 39. הוֹשִׁיעַ autem contractè dicitur pro הוֹשִׁיעַ ut Jer. 31. 7. & Psal. 86. 2.*

וְהִלְרִשְׁעֵי לְעֹזֵר *An impio ferendum erat auxilium? 2. Paral. 19. v. 2. Sic 2. Sam. 8. 5. 2. Paral. 28. 16. Aliàs tamen etiam hæc duo Verba cum Accusativo de communi construuntur.*

17. Averfandi, Maledicendi, Benedicendi, Serviendi, Ministrandi, Accidendi, Eventus, Nunciandi : vide capite seq. Obfer-

Observandum, ל non semper denotare Dativum, sed quandoque idem esse quod על Super, Propter, De: quandoque pro אל Ad, poni: ut,

וְנָקַם יְהוָה לְצָרָיו נָקַם Ulciscens vel ultionem capiens Dominus de hostibus suis, Nah. 1. 2. quæ locutio aliàs per על effertur: ut, וְנָקַם עַל-צָרֵיהֶם Et ultionem fumens de actionibus ipsorum, Psal. 99. 8.

כֹּל הַשְּׁמַע יִצְחַק לִי Quicumq; audiverit, ridebit de me, Gen. 22. v. 6. id est, עַל.

וְיִצְחַק עַל-דָּרְדָרֵיךָ Consolabitur se de te, Genes. 27. 42. pro עַל: sic Jesa. 14. 8. 9.

וַיִּשְׁאַלוּ אַנְשֵׁי הַמָּקוֹם לְאִשְׁתּוֹ Et interrogarunt viri loci istius de uxore ipsius, Gen. 26. 8. hoc est, עַל-אִשְׁתּוֹ.

וְיִתְבַּשֵּׁשׂ הַפְּבַיִשׁ לְאֶרֶץ Qui intuetur ad terram, Psal. 104. 32.

וְשִׂמוּ לְבַבְכֶם לְכֹל דְּבָרֵי אֵל Apponite cor vestrum ad omnia verba, Deut. 32. 46. hic Lamed est pro אל.

Quandoque idem est quod בְּעֵבוֹר Pro, propter: ut, וְיִלָּחֶם לְהֵם Pugnat pro eis, Exod. 14. v. 25. & sic hoc Verbum in bonum sumitur. Sed & cum על sic sumi videas, structurâ non valdè communi: ut, וְיִלָּחֶמוּ עַל-אֶחְיֵיכֶם Et pugnate pro fratribus vestris, Nehem. 4. v. 14.

quod R. Salomon explicat בְּשִׁבְלֵי אֶחְיֵיכֶם Propter fratres vestros. Aliàs communiter valet Contra, Adversus, ut Jer. 32. 29. & alibi.

וְזֶלְזֵלְתִּי לְאֵלֹהֵיךָ Pro eo quod zelotypus fuit pro Deo suo, Num. 25. v. 13. & sic hoc quoque Verbum in bonum sumitur.

וְהִתְבַּחַשְׁתֶּם לְבַעַל הָאֵתָם תִּרְיֹבוּ לְבַעַל An vos contendetis pro Bahale? Jud. 6. 31. id est, בְּשִׁבְלֵי vel בְּעֵבוֹר Propter, ut Kimchi & R. Salomon notant. Et sic mox ibidem, וְיִתְבַּחַשׁ לְוֹ Quis contenderit pro eo.

וְלִסְפֹּד לְשָׂרָה Ad plangendum super Saram: vel, Lugendum



propter Saram, Genes. 23. v. 2. & sic frequenter hoc Verbum cum Lamed pro לְ Super, propter, construitur,

PLEONASMUS Pronominum Dativi casus hic frequentissimus est, ad suavitatem linguæ singulari: ut,

וְיָבוֹ אֵלַי לְ אֶל הַר Ibo mihi ad montem, Cant. 4. 8.

נִגְזַרְנוּ לָנוּ Excisi sumus nobis, Ezech. 37. II.

וְיָצֵאתִי לְךָ מֵאֶרֶץ אֲבִי Ito tibi ex terra tua, Gen. 12. v. 1. Sic; וְיָצֵאתִי לְךָ

אֲבִי tibi, Cantic. 2. v. 10. שִׁבוּ לָכֶם פֹּה Sedete vobis hic, Gen.

22. 5. וְיַחַד אָכַל יִטְעֵם לוֹ Et palatum cibum gustat sibi, Job.

12. v. II. וְיָנַס לוֹ Et fugiet sibi, Jesh. 31. 8.

רַבַּת שְׂבַעַת לָהּ נִפְשָׁנוּ הַלֵּעָנָה Multum saturata est sibi anima

nostra subsannatione, Psal. 123. v. 4. Qui Dativos hos,

Mihi, &c. explicant, In bonum meum, Commodo meo,

Ad commoditatem meam, videant quomodo id ad Eze-

chielis, aliosque quamplurimos locos applicent.

Pleonasmus hic de proprietate linguæ est, quo nec

aliæ linguæ carent. Nam apud Latinos legitur:

Quid mihi hic faciet patri? Terent. And. Quid ait nobis San-

nio? idem. In tempore ipso mihi advenis. idem. Vellem

te mihi hominem esse memineras, C. Longol. Is mihi etiam

gloriabatur. Cic. in Pis. Scin' ubi nunc sit tibi tua Daphnis?

Terent. Heaut. Suo sibi hunc jugulo Gladio, & similia.

Græci dicunt, τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἔχεις, Huic mihi men-

tem advertite, Demosth. τί σοι μαθήσομαι Quid tibi do-

cebor? πῶς ἡμῖν ἔχεις, Quomodo nobis babes?

## REGULA SECUNDA.

Verba nuncupandi, præter Nominativum, regunt Dativum personæ, quem Latini per alterum Nominativum exprimunt: ut,



sed quandoque est Præpositio, idem quod עם Cum: ut, וְשָׁכַבְתָּ אֶת־אֲבוֹתֶיךָ Et occumbes cum patribus tuis, 2. Sam. 7. vers. 12. pro quo Gen. 47. v. 30. est עם. Quandoque designat Nominativum ut post verba passiva, de quibus infra. Neque etiam Pronomina à fine affixa, semper Accusativum simpliciter designant, præsertim cum Verbis neutris, ut docetur infra cap. 17. in fine. Exemplis multis hîc non est opus, cùm locutio nota sit: ut, כְּבֹד אֶרֶץ־אֲבִיךָ וְאֶת־אִמֶּךָ Honora patrem tuum & matrem tuam, Exod. 20. 12.

לְמַזְנוֹ הַיּוֹם אֲשֶׁר בָּרָא אֱלֹהִים אָדָם Inde ab eo die, quo creavit Deus hominem, Deut. 4. v. 23. hîc omittitur particula אֵת, quòd sensus ipse dicitur, Deum fuisse agentem, hominem verò patientem, cùm Deus ab homine creari non possit.

Comprehendit verò etiam hæc structura locutiones quasdam Hebræis proprias, quas Latini ferè per alium casum exprimunt: ex his quædam positæ sunt capite præcedenti, alias insigniores hîc subjiciemus.

1. Maledicendi Verba קָלַל , קָבַב , אָרַר : item Benedicendi Verbum בָּרַךְ regunt Accusativum: ut, מַלְדִּיעַם בְּרִכּוֹתֵיכֶם וְאִרוּתֵי אֵת־בְּרִכּוֹתֵיכֶם Maledicam benedictionibus vestris, Mal. 2. v. 2. Sic Num. 22. v. 6. 12.

קָבַבְתִּי לִי אֵת הָעָם הַזֶּה Maledicito mihi populo huic, Num. 22. 11. יְהוָה יְבָרֵךְ אֶת־עַמּוֹ בְּשָׁלוֹם Dominus benedicet populo suo in pace, Psal. 29. 11.

וְיִבְרַךְ אֶת־לֶחֶמְךָ וְאֶת־מִימֶיךָ Et benedicet pani tuo, & aquis tuis, Exod. 23. v. 25.

וַיִּקְלַל אֶת־יוֹמוֹ Et maledixit diei suo, Job. 2. 14. Sic Gen. 8. 21.

2. Serviendi, Ministrandi, שָׂרַת , עָבַד , quorum hoc per Colere redditur, quando de Deo, idolis & terra dicitur, itaque constructio convenit: ad homines relatum, est Servire servitutum: ut, תַּעֲבֹד

וְאֵת אַחִיד תַּעֲבֹד *Et fratri tuo servies, Gen. 27. v. 40.*

וְעַבַּדְתַּנִּי חִנָּם *Et servies mihi gratis? Gen. 29. 15.*

וַיִּשְׂרַת אֵתוֹ *Et ministravit illi, Gen. 39. 4.*

וּמִשְׂרָתִים אֵת הַבַּיִת *Et ministrantes domui, Ezech. 44. v. 11.*  
vide *1. Sam. 2. 18. 1. Reg. 1. 15.*

 cum Kametz chatuph ; חנני *Gratiosus esto mihi*, Psal. 6. 3.

Quiescentia primâ ' ex Terminatione Pathach,  
 mutant illud in Kametz : ut, דעהו *Cognosce eum*, Prov. 3.  
 v. 6. Ex Hiphil ; דורעמו *Dejice eos*, Psalm. 59. 12.

Quiescentia secundâ , in Kal nihil mutant : ut,  
 שובנו *Reduc nos*, Psal. 85. v. 5. cum ' abundante. Exem-  
 pla autem rara, quia significatio transitiva rara est. Hi-  
 phil ; חסמני *Exsuscita me*, Psal. 41. v. 11. שימה *Pone illud*,  
 Deut. 31. 19.

Quiescentia tertiâ א, nihil mutant : ut, קראנה *Leg-*  
*illud*, Jer. 36. 15.

Quiescentia tertiâ ה : נחני *Deduc me*, Psal. 5. v. 9. צנו  
*Exaudi nos*, 1. Reg. 18. v. 26. Hiphil ; הצלהו *Offer illud*, Ge-  
 nes. 22. 2. חכני *Percute me*, 1. Reg. 20. 35. cum ' redundan-  
 te in medio.

פקרי *Visita tu fam.*

Nihil in ipsâ forma mutatur : ut, פקדיהו *Visita*  
*ipsum*, &c. Hinc irregulare, ex Hiphil Quiescentium  
 primâ ' ; חניקוהו *Lactato eum*, Exod. 2. 9. pro חניקוהו.

פקרו *Visitare vos viri.*

Neque hæc vox mutatur : ut, דרשוני *Querite me*



Amos 5. 4. **עֲזַבְתֶּיהָ** *Linquite eam*, Jer. 51. 9. Et aliter; **שָׁמְעוּנִי** *Audite me*, Gen. 28. 8. **שְׁאַלְוֵנִי** *Interrogate me*, Jesa. 45. v. 11. **אֵשׁ גִּשָׁא** hîc est, **שְׂאוּנִי** *Tollite me*, Jon. 1. v. 12. primâ radicali abjectâ. Ex Quiescentibus terciâ **אֵ**, **קְרֹאֶהוּ** *Invocate eum*, Jesa. 55. 6. Ex Defectivis secundâ; **עֲלֶיךָ** *Elevate eam*, Jer. 50. 26. **רַחֲמֵי** *Miseremini mei*, Job. 19. 21. à quo & **רַחֲמֵי**, Jud. 21. 22.

**בְּקֹרְנֶיהָ** *Visitate vos fœm.*

Regit Pronomina separata. Kimchi tamen dicit, posse adungi Affixa in forma præcedentis masculinæ. Neque id malè. Nam sic fit in fœmin. plurali Futuri, quæ huic respondet.

FUTURUM.

**יִבְקֹרֵךְ** *Visitabit ille.*

|        |                    |       |                                                                           |
|--------|--------------------|-------|---------------------------------------------------------------------------|
| eos    | <b>יִבְקֹדְם</b>   | eum,  | { <b>יִבְקֹדוּ</b><br><b>יִבְקֹדְהוּ</b><br><b>יִבְקֹדְנוּ</b> } 3. perf. |
| eas    | <b>יִבְקֹדוּ</b>   | eam,  |                                                                           |
| vos m. | <b>יִבְקֹדְכֶם</b> | te m. |                                                                           |
| vos f. | <b>יִבְקֹדְכֶן</b> | te f. |                                                                           |
| nos c. | <b>יִבְקֹדְנוּ</b> | me c. | <b>יִבְקֹדְנִי</b> 1. perf.                                               |

Reliquis singularibus & primæ plurali eodem modo Affixa junguntur, omissis Affixis similium personarum. Cholem ultimæ syllabæ corripitur in Scheva, exceptis **הָ**, **כֶּם**, **כֶּן**, ante quæ si sit Scheva, tum Cholem mutatur in Kametzchatuph: ut **וַיִּרְדֹּפֶהוּ** *Et persequetur eum*, Jud. 9. v. 40. **וַיִּרְדֹּפוּ** *Persequetur eum*, Hof. 8. v. 3. **עֲצֹרְכֶךָ** *Ne intercludat te*, 1. Reg. 18. 44. **עֲצֹרְכֶךָ** *Occurrerit*

*currenit tibi*, Genes. 32. v. 7. ubi Kametz longum est, ut ad-  
 junctum Metheg ostendit. Cum Scheva compositio  
 sub litera non gutturali; יִדְּפֵנוּ *Depulerit eum*, Numer.  
 35. v. 20. Sic Job. 18. 18. Specialis anomalix est; יִקְרָם  
*Colito ea*, Exod. 20. 5. pro תַּעֲבֹדִם ut alibi dicitur, יִקְרָם  
 2. Par. 33. v. 22. Affixum ךַּ sæpè post Sægol assumit  
 Dagesch euphonicum: ut, אֶקְבֹּצֶךָ *Colligam te*, Esa. 43. 5.  
 יִעֲרֹךְ *Adjuvabit te*, Esa. 44. 2.

*Pathach* ultimæ syllabæ producitur in Kametz, ut in  
 Imperativo: ut, אִלְבֹּשֶׁהָ *Induam illam*, Cant. 5. v. 3. יִמִּיטְךָ  
*Mittet te*, Jer. 42. v. 5. Excipe, וְאִנְעֵלֶךָ *Et calceavi te*, Zach.  
 16. v. 10. Anomalum est, אֶסְעָרֵם *Procellabo eos*, Zach. 7.  
 v. 14. pro אֶסְעָרֵם ex forma Pihel, aut pro אֶסְעָרֵם ex for-  
 ma Niphal, sic autem Affixum resolvendum esset per  
 Præpositionem in alium casum, nempe, אֶסְעָרֵם עִמָּם *pro-*  
*cellosum me exhibebo cum eis*. Irregularis scriptionis est;  
 וַיִּאָּהֲבוּ quod legitur וַיִּאָּהֲבוּ I. Sam. 18. 1. In Pihel Tzere  
 ultimæ syllabæ corripitur in Scheva, & ante ךַּ כֵּס, ךַּ  
 in Sægol: ut, תִּחַבֶּקֵנִי *Amplexabitur me*, Cant. 2. v. 6. יִפְּסַלְּךָ  
*Pfallet tibi*, Psal. 30. v. 13. At si ante Affixum sit Sægol,  
 tum mutatur, ut aliàs, in Scheva: ut, אֶזְמַרְךָ *Pfallam ti-*  
*bi*, Psal. 138. v. 1. Cum ךַּ epenthético; יְבַרְכֵנָהּ *Benedicet*  
*ei*, Psal. 72. v. 15. At, וַיִּשְׁלַחְךָ *Et dimisimus te*, Gen. 26. v. 29.  
 ubi Tzere manet, quia sequens Scheva mobile factum.  
 Contractum est; אֶחַטְּנָה *Luebam illud*, Gen. 31. v. 39. pro  
 אֶחַטְּאָנָה. Ex Pyhal est anomalix specialis; הִיחַבְּרֶךָ  
*consociaretur tibi*, Psal. 34. v. 20. pro יִחַבְּרֶךָ, quod est, pro  
 יִחַבְּרֶךָ עִמָּךְ *Consociaretur tecum*, ut est in fine hujus capituli.  
 In Hiphil Affixa junguntur formæ cum Chirek: ut,  
 יִשְׁכִּיבֶהּ *Jacere fecit eum*, I. Reg. 17. v. 19. At, יִעֲשֶׂרְנוּ *Ditabit*  
*eum*, I. Sam. 17. v. 25. תַּעֲשֶׂרְנָהּ *Ditabis eam*, Ps. 65. 10. sum  
 ex ea formâ, quæ etiam notata ad Participium præ-  
 sens & Futurum Hiphil lib. I. cap. 17. Quan

Quandoque ex forma Præteriti est נוּ pro נָי & נוּ pro נוּ & ם pro ם : ut, יִאֲהַבְנִי Diliget me, Genes. 29. 32. תִּדְבַקְנִי Apprehendat me, Genes. 19. v. 19. יִבְדֹּלְנִי Discrevit me, Jefa. 56. v. 3. יִשְׂבַּעְנִי Saturabit me, Job. 19. v. 19. תִּבְעַתְנִי Terreat me, Job. 9. 34. cum Dagesch euphónico, ubi etiam quædam exemplaria habent Kametz sub ת propter pauſam, ſed in Venetiſ magnis eſt Pathach : יִכִּירְנוּ Agnoſcit nos, Eſa. 63. 16. יִלְבַּשֵׁם Induet illas, Exod. 29. v. 20. יִשׂוּמֵם Imponet eos, Deuter. 7. v. 15. quod eſt ex Quieſcentibus ſecundâ.

נ Epentheticum ante Affixum; אֶתְקַנֶּךָ Evellam te, Jer. 22. v. 24. בְּרַכְנָהוּ Benedicet ei, Pſal. 72. v. 15. יְסוּבְכָנָהוּ Circumduxit eum, Deut. 32. 10. יִכְבֶּדְנִי Honorabit me, Pſal. 50. v. 23. Alibi pro priori נ, adhibetur Dagesch; תִּבְעַתְנִי Job. 7. v. 14. & 9. v. 34. vide etiam mox in plurali.

י Paragogicum; אֶזְכְּרֶיךָ Meminero tui, Pſal. 137. v. 6. pro אֶזְכְּרֶיךָ.

א Epentheticum; אֶמְאָסָאךָ Spernam te, Hoſ. 4. 6.

נִי pro נִי : יוֹעֲדֵנִי Contestetur mecum, Jerem. 49. v. 19. & 50. 44. pro יוֹעֲדֵנִי ut legitur Job. 9. 19. Talia etiam ſunt; הִנְנִי Ecce me, Genes. 22. 7. עוֹדֵנִי Adhuc me vivente: 1. Sam. 20. 14. אֲמֵנִי Ame. Sic נוּ pro אָנוּ : ut; הִנְנוּ וְשָׁלֵנוּ Ecce nos ut aſcendamus, Num. 14. 40. pro, הִנְנוּ. Sic, הִנְנוּ עֲבָדִים לְאֲדֹנָי Ecce nos ſervos domini mei, Genes. 44. v. 16.

הִנְנוּ לְךָ לְעֲבָדִים Ecce nos tibi in ſervos, Gen. 50. 18.

Defectiva primâ נ אֶתְנָהוּ Dabo eum, Pſal. 89. v. 28.

נ וְאֶתְנָהוּ Et dabo te, Jef. 49. v. 8. תִּצְרְנוּ Custodies eum, Pſ. 12. 8.

Defectiva ſecundâ mutant Cholem in Kibbutz, vel Kametzchatuph, ſequente Dagesch forti; יִסְבְּנוּ Circumdabat eam, Jer. 52. v. 21. יְגוֹדְנוּ Populabitur eum, Gen. 49. ubi Schurek eſt loco Dages: יִשְׂדֵם Vaſtat eos, Proverb. 11. 3.

גורם *Concidet eos*, Prov. 21. v. 7. ubi Cholem est loco Dages: ויהם *Et contrivit eos*, Jos. 10. v. 10. יחננו *Gratiam faciet nobis*, Psal. 67. v. 2. Discrepat, יחנה *Miserebitur tui*, Jefa. 30. v. 19. pro יחנה vel יחנה vocalibus transpositis Ex Pihel; תסובבני *Circumdabis me*, Ps. 32. 7. Ex Hiphil יסבני *Circumduxit me*: Ezech. 47. v. 2. Dagesch forte aliquid quando resolvitur in Chirek longum: ut, יחיתו *Terrificiet eas*, Habac. 2. 17. pro יחיתו à יחית Pathach est pro Tzere propter pausam: Sic, יארקם *Evacuabo eos*, Psal. 18. 4. pro יארקם. Sic fortè esse possit נקיצנה *Succidamus, excindamus eam*, Jefa. 7. 6. pro נקיצנה à קצץ.

Quiescentia primâ : ויאדעה *Et cognoscam te*, Exod. 24. v. 13. ידעני *Cognoscet illud*, Jer. 17. v. 9. Ex Hiphil; יודיעך *Notum faciam tibi*, Psal. 32. v. 5. אודיעם *Scire faciam eos*, Jerem. 16. v. 21. Irregulare est, יעידני pro יעידני quod bis hic reperitur, ut paulò antè positum: וישיבני *Et collocavit me*, 1. Reg. 2. 24. cum ' ante Affixum redundante. Similia cum Pathach paulò antè notata sunt.

Quiescentia secundâ ; תצורני *Venaris me*, Job. 10. 16. יודנו *Vide antè in Defectivis secundâ. Pihel*; ירוםני *Exaltabit me*, Psalm. 27. 5. ארוםמך *Exaltabo te*, Jefa. 25. 1. cum Chirek loco Sægol. Hiphil; ירמה *Erexit eam*, Genes. 31. 45. ותניקהו *Et laclavit eum*, Exod. 2. 9. ישעם *Ponct eas*, Deut. 7. 15. cum Kametz loco Tzere, cui simile fuit paulò antè. At, אמלם *Excidi eos*, Psal. 118. 10. cum Pathach loco Tzere vel Kametz, ut paulò antè.

Quiescentia tertiâ & Kametz retinent; ימצאה *Inveniet eam*, Gen. 16. 7. ימצאה *Inveniat te*, 1. Reg. 18. 2. Discrepat, יקראו *Vocabit eum*, Jerem. 23. 6. quod est ad formam analogorum.

Quiescentia tertiâ הו : אראנו *Videbo eum*, Num. 23. v. 9. & תראהו *Vidit illum*, Exod. 2. v. 6. אענה *Respondebo tibi*, Job.

14. v. 15. וְאֶעֱשֶׂה Et faciam te, Gen. 12. v. 2. אָעֲנֶם Respondebo  
 eis, Jesa. 41. v. 17. תִּרְאֵנִי Vidit me, Num. 22. v. 33. cum Pa-  
 thach loco Tzere, ut ante: נִינָם Vin inferamus eis, Psal. 74.  
 v. 8. pro גִּינָה אֹתָם. Sic, וַיִּירָם Jaculis consecimus eos, Nu-  
 mer. 21. v. 30. estque Kametz in fine loco Tzere, ut pau-  
 lo ante notatum. Quædam habent Dagesch euphoni-  
 cum; וַאֲכַרְהָ Et comparavi eam, Hof. 3. v. 2. יִקְרָךְ Obveniet  
 tibi, I. Sam. 28. 10. Specialis anomalix sunt; אֶפְאַיְהֶם In  
 angulos profligabo eos, Deut. 32. 26. pro אֶפְאַם sicut dicitur  
 אֶרְאֵם Jerem. 18. 17. אֶתִּינִי Obvenit mihi, Job. 3. 25. in qui-  
 bus He in Jod commutatum est: אֶכְלָךְ Consumam te,  
 Exod. 33. 3. pro אֶכְלָךְ inquit R. David in lib. Radicum.

תִּפְקְרִי Visitabis tu fœm.

Syntaxis est, ut in Imperativi fœminina. Hinc ex  
 Quiescentibus tertiâ הִי תִזְנִי Scortata es cum eis, Ezech.  
 16. v. 28. pro תִזְנִי עִפְסָם, ut mox infra declarabitur.

יִפְקְרוּ Visitabunt illi.

|        |              |       |              |
|--------|--------------|-------|--------------|
| eos    | יִפְקְדוּם   | eum   | יִפְקְדוּהוּ |
| eas    | יִפְקְדוּן   | eam   | יִפְקְדוּהָ  |
| vos m. | יִפְקְדוּכֶם | te m. | יִפְקְדוּךָ  |
| vos f. | יִפְקְדוּכֶן | te f. | יִפְקְדוּךְ  |
| nos c. | יִפְקְדוּנוּ | me c. | יִפְקְדוּנִי |

Eadem est ratio personæ תִּפְקְרוּ, omittis tantum  
 Affixis secundæ personæ.

Speciale est; יִלְכְּדוּ Capiant eum, Proverb. 5. v. 22. pro  
 יִלְכְּדוּהוּ quomodo legitur 2. Par. 22. v. 9. Post נַן parago-  
 gicum Affixum hîc sæpè jungitur, & sic fit Nun in his  
 formis epentheticum: ut, יִעֲבְרֶנּוּ Transgrediuntur illud,  
 Jerem. 5. 22. יִמְצְאוּנָהּ Invenient eam, Jer. 2. v. 24. יִשְׂבְּחוּנִי  
 Laudabunt te, Psal. 63. 4. יִשְׁחַרְגֵנִי Manè querent me, Prov. 1.  
 v. 28.

v. 28. Sub media gutturali est etiam Kametz loco Chatephpathach; יִבְעֲלוּךְ Mariti sunt tibi, Jesa. 62. 5. רָבְבוּם Raptaverint eos, Jer. 49. 20. יִשְׁחָטוּם Jugarunt eos, 2. Reg. 10. v. 14. וַיִּגְרְשׁוּם Et abegerunt eas, Exod. 2. 17. cum Affixum masculino loco ׀, pro וַיִּגְרְשׁוּן, quomodo confusum fuisset Affixum cum ׀ paragogico.

Defectiva secundâ; יִבְזוּם Prædabuntur eos, Soph. 2. 9.

Quiescentia secundâ; תִּשְׂתַּמוּ Pones eos, Psal. 21. 13.

Quiescentia tertiâ & in medio cum Kametz in Kal; יִמְצְאוּ Invenient eum, Job. 20. v. 8. יִקְרְאוּנִי Invocabunt me, Prov. 1. 28.

Quiescentia tertiâ הִ : יִכְסִימוּ Operuerunt ipsos, Exod. 15. v. 5. ubi מו pro מו : וַיִּבְזוּ Et despexerunt eum, 1. Sam. 10. v. 27. יִרְאוּנִי Videbunt me, Psal. 119. v. 74. תִּעֲנֶהוּ Respondebitis ei, Jesa. 36. v. 21.

תִּפְקְדוּהוּ Visitabunt illa.

Adjunguntur Affixa sub forma præcedentis vocis & discrimen personarum ex sensu petendum est: ut, יִמְצְאוּנִי Et ancilla mea alienum reputant me, Job. 19. v. 15. Et ex Quiescentibus primâ Joth ex Hiphil; תּוֹכַחְךָ וּמִשְׁבוֹתֶיךָ תּוֹכַחְךָ Et aversiones tue corripiant te, Jerem. 2. v. 19. in quibus Kibbutz est loco Schurek.

Denique hæc Syntaxis sæpè contractam & ellipticam locutionem efficit, ita ut Pronomen Affixum per Dativum separatum, aut Accusativum vel Ablativum cum Præpositione, explicandum sit: ut,

בִּשְׂלֹם pro בִּשְׂלֵם להם Coxit eis, 1. Reg. 19. v. 21.

נָתַתְּ לִי pro נָתַתְּ לִי Dedisti mihi, Jos. 15. v. 19.

אֶגִּיד לּוֹ pro אֶגִּיד לּוֹ Indicabo illi, Job. 31. v. 37.

יָבֹאוּ לּוֹ pro יָבֹאוּ לּוֹ Obvenient illi, Job. 15. 21.

יִשְׁלַח לְךָ pro יִשְׁלַח לְךָ Rependat tibi, 1. Sam. 24. v. 20.



## CAPUT XVIII.

*De Syntaxi Participiorum.*

**P**ARTICIPIORUM syntaxis, quam ut adjectiva cum Nominibus habent, aut quâ, more Nominum, Genitivum regunt, in Nominum syntaxi explicata est: nunc specialem ipsorum usum confiderabimus.

## REGULA PRIMA.

Participia Verbo substantivo juncta, in eodem genere & numero cum ipso conveniunt.

Hinc aliorum Temporum periphrases creberrimæ: Præteriti, si verbum substantivum sit præteritum: Imperativi vel Futuri, si Verbum substantivum tale: ut,

אָבְנֵר הָיָה מִתְחַזֵּק *Abner fuit fortificans se, 2. Sam. 3. v. 6. hoc est, confortavit, confirmavit se,*

מִמָּרִים הָיִיתֶם *Rebellantes fuistis, Deuter. 9. v. 7. hoc est, rebellastis.*

וְאָהִי אִם וּמִתְפַּלֵּל *Et fui jejunans & orans, Neh. 1. 4. hoc est, jejunavi, & oravi.*

וַיְהִי דָוִד עֹשֶׂה מִשְׁפָּט *Eratq; David exercens judicium, 2. Sam. 8. 15. hoc est, exercebat.*

וַיְהִי מִעֲלִים עֹלֹת *Et fuerunt offerentes holocausta, 2. Paral. 24. v. 14. hoc est, obtulerunt.*

וַיְהִי עֹשִׂים *Erantq; facientes, 2. Reg. 17. v. 29. hoc est, faciebant.*

וַיְהִי מְבַדֵּל *Et esto dividens, Gen. 1. 6. hoc est, dividat.*

Genus hoc loquendi Græcis similiter tritissimum est: ut, *σοι μὲν τῷ* (α. *δ' ἀνά τ' ἐστίν, ἐμοὶ ᾧ τῷ δ' ε,* Tibi qui-



dem hæc videntur, mihi verò illa. Οὐ σιωτήσας ἔσσι, An non taceas eris, id est, tacebis? Θεὸς ἔω ἐν χριστῷ κόσμον κατέλλαξεν, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, 2. Cor. 5. 19. Imitati sunt & Latini: Quos videas semper bibentes esse in ænopolio. Plaut. Curc. Omnia sunt hominum tenui pendentia filo. Ovid. 4. de Ponto: Coluber est in aqua vivens, Plin. lib. 32. capite 5. Est, ut scis, quasi in extrema pagina Phædri, his verbis loquens Socrates, Cic. de Orat.

Ellipsis hæc quandoque est Participii: ut, אֶהְיֶה אֶל אֶהְיֶה מֵאֶהְיֶה וְאֶהְיֶה Sed fui de tentorio in tentorium, 1. Paral. 17. 5. scil. מֵתְהַלֵּךְ Itans.

וְהָיָה אֲדִירוּ מִפְּנֵי Et erit magnificus ejus ex ipso, Jer. 30. v. 21. scil. יֵצֵא Egrediens. Sed hæc rariora sunt.

Frequentissima Verbi substantivi, Præteriti vel Futuri: ut,

וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל יֵצְאוּ Et filii Israel egredientes, Exod. 14. v. 8. scil. הָיוּ erant, hoc est, egrediebantur, procedebant.

וַיְהוָה הֹלֵךְ לִפְנֵיהֶם Et Dominus procedens ante eos, Exod. 13. v. 21. scil. הָיָה erat: hoc est, præcedebat eos.

זָרִים אָכְלוּ אֹתָהּ Extranei comedentes eam, Jesa. 1. 7. scil. הָיוּ fuerunt, hoc est, comederunt, consumserunt eam.

כִּי שָׁמַע יוֹסֵף כִּי הִמְלִיךְ בִּינֵיהֶם Quòd intelligens Joseph, quòd interpretans inter eos, Genes. 42. v. 23. scilicet, הָיָה esset, fuerat, hoc est, quòd intelligeret, quòd interpres fuerat.

אֶת חֶבְרֹת בִּנְיָמִן Tu amplexans filium, 2. Reg. 4. v. 16. scil. תִּהְיֶה eris, hoc est, amplexaberis, amplexatura es.

אֲשֶׁר הוּא יוֹעֵץ עָלַי Quòd ipse consulens contra eam, Jes. 19. 17. scil. יִהְיֶה erit, quòd consilium initurus, capturus sit.

At Verbi substantivi præsentis ellipsis perpetua est, unde Participium, antecedentibus vel Pronominibus vel Nominibus, simpliciter præsentis Indicativi vim & usum habet: ut,

וְאֵנִי הֹלֵךְ לָנוּר Ego autem vadens sum ad peregrinandum,  
Jud. 17. 9. hoc est, vado.

הֲלֹהֶרְגִי אִתָּהּ אָמַר An ad occidendum me tu loquens es? Esod.  
2. v. 14. hoc est, loqueris.

וְאֵת בְּשָׂרוֹ חִבַּק אֶת יָדָיו וְאָכַל אֶת בְּשָׂרוֹ stultus complicans est  
manus suas & consumens est carnem suam, Eccl. 4. 5. hoc  
est, complicat, consumit.

כָּל הַנְּחָלִים הֹלְכִים אֶל הַיָּם Omnia flumina euntia sunt ad  
mare, Eccles. 1. 7. hoc est, eunt, properant.

Explicari hîc etiam quædam possunt per duos  
Ablativos: ut,

עוֹדֵנוּ מְדַבֵּר Adhuc ipse loquens erat, 1. Reg. 1. v. 42. hoc est,  
adhuc ipso loquente. & similia.

Pro Præsenti hîc usurpatum legitur defectivum  
וְיֵשׁ: ut,

אִם יֵשׁ נָא מַצְלִיחַ דְּרַבִּי Si es tu nunc secundans viam meam,  
Gen. 24. 42. sic 43. 4.

אִם יֵשׁ בְּכֶם עוֹשִׂים חֶסֶד Si estis vos exercentes benignitatem, Ge-  
nes. 24. 49. Sic apud Rabbinos, וְיֵשׁ אֹמְרִים Sunt dicen-  
tes, sunt qui dicant, Quidam dicunt.

Anomalia Generis: ut,  
וְאֵתִי שְׂדוּד מִהַ תַּעֲשִׂי Tu autem vastata quid facies? Jer. 4. 30.

Pronomen fœmininum, Participium masc. est. Sic  
autem utroq; genere de synagoga Israelis Scriptura  
loqui solet, scribit Kimchi in Comment.

וְאִם כִּכָּה אֶת עֲשֵׂה לִי Quod si sic tu (fœmin.) faciens ero  
(masc.) mihi, Num. 11. 15. quæ sunt verba Moïsis, per-  
turbato & consternato animo de Deo sic loquentis.  
R. Salomonis commentum hîc est, Deum ostendit  
Moïsi omnes pœnas, quas inflicturus esset Israelitis immore-  
ris, unde Moïses in perturbatum sermonem erumpens, petiit  
occidi potius, quam tantum malum videre. Sed & aliter

hoc Pronomen fœmininum pro masculino usurpatur, ut Ezech. 28. 14. & Deut. 5. 27.

כִּי אֲנַחְנוּ מְקַטְרִים *Quum autem nos adolentes sumus, Jerem. 44. v. 19. hoc est, adolemus.* Hic Participium masculinum dicitur de fœminis adolentibus, propterea quòd id scitu & permisso maritorum fecerint, ita ut quasi ipsimet mariti id fecisse viderentur.

לְפֶתַח חַטָּאת רָבָא *Ad fores peccatum excubans est, Gen. 4. 7.* hïc Participium masculinum est, Nomen antecedens fœmininum. Participium autem ad sensum refertur, conveniens cum synonymo חַטָּא vel עֲוֹן, ut Rabbi Salomon & Aben Esra docent. Præterea חַטָּאת non tantùm *Peccatum* significat, sed etiam *Pœnam peccati*, quem tropum quidam interpretes hac generis enallage indicari putant. Hoc modo etiam inconvenienter opponitur hoc vocabulum antecedenti שְׂאֵת *Remissio*.

אֵנָּה הִפְּה מוֹלִיכוֹת אֶת־הָאֵפְרוֹי *Quónam istæ deferentes sunt Epham hanc? Zach. 5. 10.* hïc Participium fœmininum est, & dicitur de נְשִׁים *mulieribus* deferentibus. Pronomen verò masculinum ad intellectum refertur, quòd mulieres istæ fungerentur officio מְשָׂרְתִים *Ministorum* vel שְׁלוּחִים *Nunciorum*, qui solent celerrimè suam legationem expedire, ut & hæ mulieres fecerunt.

Anomalia Numeri: Nomini colectivo respondet Participium plurale, ut in Verbis & Nominibus: ut, וְהָעָם מִחֲלָלִים בְּחֲלָלִים *Et populus iste fistulantes erant fistulis, 1. Reg. 1. 40. hoc est, canebant tibiis.*

וּבֵית שְׂאוּל הָלְכִים וְדָלִים *Domus verò Saulis euntes erant & tenues sientes: 2. Sam. 3. v. 1. hoc est, pergebant attenuari, magis magisque atterebatur domus Saulis.*

Enal-

Enallage Participii Præsentis pro Futuro est frequentissima: ut,

מחר הִנְנִי מִמָּטוֹר כְּעַת מָחָר *Ecce ego pluo cras, h. e. pluam, Exod. 9. v. 18. sic Gen. 7. 4.* Sic passim. Participii præteriti pro Præsenti; ut;

בְּאַהֲלֵי הַשְּׂכֻנִי *Habitati, h. e. habitantes, degentes in tentoriis, Judic. 8. 11.*

כִּי בָּךְ בָּטוּחַ *Quia in te confisus, h. e. בּוֹטֵחַ Confidit, Esa. 26. 1.*  
כַּצֶּל גָּטוּי *Sicut umbra inclinata, h. e. inclinans, Ps. 102. 12.*

## REGULA SECUNDA.

Participia, quando post se regunt casum, imitantur constructionem suorū Verborum, tam simpliciter, quàm cum Præpositione: ut,

נָתַן לְבַהֲמָה לַחֲמֶה *Dans jumentis cibum suum, Psal. 147. 9.*  
הַכֶּסֶף נָתַן לְךָ *Argentum datum tibi, Esth. 3. 11.*

שָׁלַף חֶרֶב *Stringens gladium, Jud. 8. 10.*

שָׁבוּ אֶל יְהוָה *Revertentes ad Dominum, 1. Sam. 7. 3.*

רָאָה בְּעָבִים לֹא יִקְצֹר *Respiciens in nubes, non metet, Eccl. 11. 4.*

מִנְגִּין בְּיָדָהּ *Pulsans manu suâ, 1. Sam. 18. 10.*

כָּתַבְתָּ בְּאֶצְבַּע אֱלֹהִים *Scripta digito Dei, Exod. 31. 18.*

לְבוּשׁ בְּגָדִים צְאוִים *Indutus vestimentis sordidis, Zach. 3. 7. 3.*

אִין אִישׁ נָחַם עַל רָעָתוֹ *Non est quisquam pœnitens propter malum suum, Jerem. 8. 6. vel de malo suo, ut apud Suetonium legitur, Penitens de matrimonio.*

לֹא הָיָה דְבַר נֶעְלָם מִן הַמֶּלֶךְ *Non fuit quicquam absconditum à Rege, 1. Reg. 10. 3.*

בָּטוּחַ עַל יְהוָה *Confidens in DOMINO, pinguis efficitur, Prov. 28. v. 25.*

## REGULA TERTIA.

Participia, maximè pluralia, more & for-

ma Nominum, regunt Genitivum, qui tamen Latinè per casum, quem Verbum ipsum regit, ferè exponitur: ut,

בְּקוֹרְאֵי שְׁמוֹ Inter invocantes nomen ejus, Psal. 99. v. 6. q. d. Inter invocatores nominis ejus.

לְכָל בְּאֵי שַׁעַר עִירוֹ Omnibus ingredientibus portam civitatis sue, Exod. 23. 10. q. d. Ingressoribus portæ.

רְאֵי פְנֵי הַמֶּלֶךְ Videntes faciem regis, Esth. 1. 4. q. d. Inspectores faciei regis.

רוֹמֵי קֶשֶׁת Jaculantes arcu, Ps. 78. 9. q. d. Jaculatores arcus, & sic in singulari numero, וְרִמָּה קֶשֶׁת Jer. 4. 5. 29.

רֹעֵה צֹאן Pascens oves, Genes. 4. 2. vel, Pastor ovium, & sic Sægol ante ה in nominibus mutatur in Tzere, vide illic.

Porrò Gerundia & Supina Latinorum, Hebraicè per Verbum Infinitum exprimi, in ejus Syntaxi dictum est, vide illic.

Pronomina præfixa hîc se habent, ut in Præterito & Nominibus: ut, הַמְּשֵׁל Qui præerat, Genes. 24. v. 2. הַאֹכְלִים Qui comedentes sunt, Dan. 1. 13. הַעֹזְבִים Qui dereliquentes sunt, Prox. 2. 13. id est, comedunt, derelinquunt. Excluditur etiam ה, ut articulus in Nominibus; נְתוּ זֵרַע Dans semen seminanti, וְלֶחֶם לְאֹכֵל & cibum comedenti, Jes. 55. 10. שְׂמַגִּיעַ אֱלֹהִים Quibus obtingit, Eccl. 8. 14. שְׂנֵאֲחֹתָי Quæ capiuntur, Eccles. 9. 12.

Pronominum à fine conjunctorum sive Affixorum ratio, superiori capite explicata est.



tanquam cum scorto? Gen. 34. 31. הַכְרֹכָה אַחַת Num benedictio unica? Gen. 27. 38. Dagesch, הַפְּצֵעֲקֶתָהּ An secundum clamorem istius? Gen. 18. v. 21. הַבְּמַחֲנִים An in castris? Num. 13. v. 20. הַבְּכוֹכֶת An juxta plagam? Esa. 27. 7. Dagesch hoc post ה tantum in litera servili ponitur, non autem in radicali, juxta Eliam. Atque sic quidem forma eadem est cum articulo ה, usus tamen diversus. Nam Articulus ה nunquam præponitur literæ servili. Anteradicalem tamen etiam legitur, הַשְּׂמֵנָה היא An pinguis sit, Num. 13. 21.

Ante Scheva compositum similiter est cum simplici Pathach: ut, הַצֹּרִי An opobalsamum? Jerem. 8. v. 22.

Ante gutturalem, non cum Kametz notatam, etiam habet Pathach: ut, הָעֵיט צָבוּץ Num avis tincta? Jer. 12. 9. ubi ה quibusdam articulus est, non interrogativum: הַחַיִּיתִם Num in vita conservastis? Num. 31. v. 15. הָאִם An verò? Num. 17. 13. הָאֵינְךָ רֹאֶה Annon vides? Jer. 7. v. 17. Quòd si verò gutturalis habeat Kametz, tum ה habet Sægol, & sensu facillè ab articulo distingui potest: ut, הָאֲנֹכִי An ego? Num. 11. 12. הַהֵיטָה זאת Num fuit hoc? Joel. 1. 2. הוּא הַרְפָּה הַמַּעַט הוּא אִם רַב Utrum fortis sit an debilis, utrum paucus sit an multus, Num. 13. v. 19. ubi triplex forma simul usurpata legitur.

Observant Hebræi הֵן istud aliquando esse הַאֲמִתּוֹת He confirmationis & affirmationis: ut, הַנִּגְלִיהַ נִגְלִיתִי An manifestavi me domui patris tui, 1. Sam. 2. v. 27. h. e. Annon utique manifestavi me. הָרוּאֶה אֶתָּה מָה הֵם עוֹשִׂים An vides, quid isti faciant? h. e.annon vides, Ezech. 8. 6.

הַכְּמוֹכָה מִכֹּהֵן הַכּוֹחַ An secundum plagam percutientis percussit illum? Esa. 27. 7. h. e. Annon secundum plagam percutientis illum (sc. Israelem) percussit eum, (sc. Pharaonem)?

illa

*Illa projicit pueros in fluvium, & submersus est in aquis, juxta R. Sal. vide & Habac. 3. v. 8. ubi iterum R. Sal. scribit: ש תמיהות קיימות* *Sunt admirationes affirmativæ, asseverantes.* הָ ponitur, pro הָלֵא.

כּ notatur cum Scheva, quod ante aliud Scheva transit in Chirek. Notat autem vel similitudinem, & vocatur כּף הדמיון *Caph similitudinis*: vel mensuræ conjectationem, & dicitur כּף השיעור *Caph mensura vel affirmationis*: ut, כּשׁוֹשֵׁנָה *Sicut lilium, Cant. 3. v. 2. Quasi bis mille, Jos. 3. v. 4. כּנְחָלִים* *Ut valles. Num. 24. v. 6. Quasi parum, Fermè, Proverb. 5. 14. כּאִין* *Quasi non, Quasi nihil, Psal. 73. 2. Jesa. 41. 11. Speciale est כּיִתְרוֹן* *Sicut excellentia, pro כּיִתְרוֹן* *Eccl. 2. 13.*

Alterum Scheva si sub ' fit, tollitur: ut, כּיִמּוֹת *Sicut diebus, Psal. 90. 15.*

Ante gutturalem cum Scheva composito notatam, habet brevem gutturali respondentem: ut, כּאֲרֻזִים *Sicut cedri, Num. 24. 6.*

Ante Nomina communiter excludit articulum הָ, & suscipit ejus vocalem: ut, כּשֵׁמֶן הַטּוֹב *Sicut unguentum optimum, pro כּהֶשֶׁמֶן*, *Psal. 133. v. 2. כּעָרִים* *Sicut urbes, pro כּהָעָרִים*, *Jer. 20. v. 16. כּעֵם* *Sicut populus iste, כּאִישׁ* *Sicut vir ille, &c. Sic, כּהֹלֵךְ* *Sicut qui ambulat, pro כּהִהְלֵךְ* *Jes. 30. 9. vide supra cap. 6. Excipe contracta; כּאֱלֹהִים* *Sicut Deus, pro כּאֱלֹהִים* *Gen. 3. 5. כּאֲדֹנָי* *Sicut Dominus ejus, Jesa. 24. 2. Sic; כּיִהוּה* *מִי* *Quis sicut DOMINUS, Psal. 113. v. 5. quod habet vocales nominis אֲדֹנָי, & legitur Cadonai.*

Quando duæ res ex æquo inter se comparantur, & absoluta utrinque similitudo designatur, Caph utriusque voci præfigitur, ita ut prius protasin, alterum apodofin similitudinis denotet: ut,

כּעֵם כּכֹּהֵן כּעֶבֶד כּאֲדֹנָי *Sicut populus, sic sacerdos, sicut servus,*



sic dominus ejus, &c. Jesa. 24. 2. ubi duodecim hujusmodi Caph usurpantur.

כְּסוּסֵי כְּסוּסֵי כְּעַמִּי כְּעַמִּי Sicut populus meus, sic populus tuus, sicut equi mei, sic equi tui, I. Reg. 22. v. 4. Hæc concisè sic dicuntur, ut Kimchi loquitur, לְקַצֵּר הַלְשׁוֹן abbreviandi sermonis causâ: plena enim locutio esset, כְּעַם וְהַכֹּהֵן כְּכֹהֵן הָעַם Populus est sicut sacerdos, & sacerdos sicut populus. Idem notat Aben Esra, Gen. 18. 25.

Quandoque per Tum reperitum, aut per Tam Quàm exponitur: ut,

וּמְלֵאוּ בְּפוּרֵק כְּוִיֵּית הַפּוּרֵק Implebuntq; tum cratera tum angulos altaris, vel, tam cratera quàm, &c. Zach. 9. 15.

כֵּן post se requirit Dages, estque idem quod כְּאִשֵּׁר, Quum, Quando, Quandoquidem, Quemadmodum, Sicut, &c.

כְּשֶׁסָּכַל חֹלֵף Quum stolidus ambulat, Eccles. 10. 3.

כְּשֶׁתְּפוּל עֲלֵיהֶם Quum irruit in eos, Eccles. 9. 12.

כְּשֶׁהָיָה Sicut fuerat, Eccles. 12. 7.

כְּשֶׁבָּא Sicut venerat, Eccles. 5. 14. Apud Rabbinos hujus usus frequentissimus est; at in Bibliis nonnisi in Ecclesiaste reperitur.

Adverbiorum separatorum Syntaxis cum Nominibus rarior est, frequentior cum Verbis.

## REGULA.

Adverbia adjiciuntur Nominibus & Verbis, ad explicandam ipsorum circumstantiam.

Primò Nominibus: ut,

כְּמַה טוֹב וְכְמַה נְעִים Quàm bonum & quàm jucundum est, Psalm. 133. 1.

כְּמַה אֲדִיר שְׁמֶךָ Quàm magnificum est nomen tuum, Psal. 8. 2.

כְּמַה נְאֻחַ מֵאֵד Fastuosus valde, Jer. 48. 29.

מאד רבוּת Multi admodum, Ezech. 37. 2.

Adverbia quædam negandi ante Nomina interdum habent vim *ἄξιον* ut *α* apud Græcos, & in apud Latinos: ut,

עץ הנמלים עם לא עץ Formicæ sunt populus non validus, Prov. 30. v. 25. hoc est, invalidus, infirmus.

טגוּי לא חסיד A gente non benigna, Psal. 43. 1. hoc est, malignâ, crudeli.

לא כֵן יִדְבְּרוּ Non rectum loquuntur, Jer. 8. 6. hoc est, pravum.

על דרך לא טוב In via non bona, Psal. 36. 5. hoc est, malâ.

בן לא חכם Filius non sapiens, h. e. insipiens, Hof. 13. 13.

בלתי טהור הוא Non mundus est, 1. Sam. 20. v. 26. hoc est, immundus.

לכלי חק Ad non modum, Jesa. 5. 14. h. e. immodicè.

אי נקי Non innoxius, Job. 22. v. 30. id est, noxius, juxta quosdam interpretes.

וְדֶרֶךְ נְתִיבָה אֶל־מוֹת Et via semitæ ejus non mors est, Prov. 12. 28. hoc est, Immortalis.

וּמֶלֶךְ אֶל קוֹם עִמּוֹ Et rex non surgere contra ipsum, Prov. 30. 31.

Id est, invictus, contra quem nemo audet insurgere.

אֶרֶץ לֹא מְטוֹהָרֵת Terra non munda, Ezech. 22. 24. h. e. immunda.

מִכַּת בְּלִיתִי סוֹרֵת Plagâ non recedente, Jes. 14. 6. h. e. indefinente, immotâ. Sic Elias in libro Habachur Præteritum imperfectum vocat נְשָׁלֵם בְּלִיתִי Præteritum non perfectum.

Sic דְּבָרִים בְּלִיתִי טַבְעִיִּים Res non naturales hoc est, præter vel supernaturales, apud Physicos Rabbiorum.

Talia sunt: וַיִּשְׁבְּעוּ בְּלֹא אֱלֹהִים Et jurarunt per non Deos, h. e. per Idola, que non sunt Deus, Jer. 5. 7. sic 2. Paral. 13. 9. Vide & Amos 6. 13. Esa. 55. 2.

אֵין & לֹא ante Nomina per Ellipsin Verbi substantivi

stantivi frequentissimè usurpantur, & לא quidem simpliciter & absolutè negat, אִין verò de tota ac certa aliqua specie, unde per Nullus, Nihil, Nemo, ab interpretibus sæpè redditur: ut,

עֲנוּשׁ לַצַּדִּיק לֹא טוֹב *Mulctam inferre justo, non est bonum,*  
*Prov. 17. v. 28.*

אִין חֲכָמָה וְאִין תְּבוּנָה וְאִין עֵצָה לְנֶגֶד יְהוָה *Non est sapientia, non intelligentia, non consilium contra DOMINUM,*  
*Prov. 21. 30. vel, Nulla est sapientia, &c.*

אִין עֲנָבִים בְּגִפְזוֹ וְאִין תְּאֵנִים בְּתֵאנָה *Non sunt uva in vite, non sunt fici in ficu,* Jer. 8. 13. Sic בְּלֹתִי שָׁמַיִם:

וְעַד בְּלֹתִי שָׁמַיִם *Usquedum non erunt cœli,* Job. 14. 12.

כֹּל אִין & לא cum particula universalis, universalem negationem evidenter indicant, unde, *Non omnis, idem quod Nullus: ut,*

לֹא יִצְדַּק לְפָנַי כָּל חַי *Non justificabitur coram te omnis vivens,* Psal. 143. v. 2. *hoc est,* nullus vivens, vel, *Non justificabitur ullus vivens.*

לֹא תִחַסֵּר כָּל בְּרָה *Non indigebis omni in ea,* Deut. 8. v. 9. *hoc est,* nullâ re.

וְעַל כָּל אֱלֹהִים לֹא יִבֵּן *Et ad omnem Deum non attendet,* Dan. 11. v. 37. *hoc est,* ad nullum.

וְלֹרֵשׁ אִין כָּל *Pauperi verò non erat omne,* 2. Sam. 12. 3. *hoc est,* nihil quicquam.

אִין כָּל חֲדָשׁ תַּחַת הַשָּׁמַשׁ *Non est omne novum sub sole,* Eccl. 1. 9. *hoc est,* non est quicquam novi.

כִּי לֹא בְּמוֹתוֹ יִקַּח הַכֹּל *Quia non in morte sua accipiet omnia,* h. e. nihil quicquam, Psal. 49. 18.

אִין שַׂר בַּיַּת הַסֵּפֶהר רָאָה אֶת כָּל מְאוּמָה *Prefectus carceris non inspiciebat omne quicquam,* Gen. 39. 23. *hoc est,* nihil quicquam, in rem nullam planè respiciebat. Vide & Exo. 20. 10. & 22. 22. Levit. 3. 17. &c.

אֵי , אֵי Ellipsin Verbi substantivi inducunt: ut,

אֵי הַבֵּל אֵי Ubi est Abel frater tuus? Genes. 4. 9.

אֵי חַבֵּל אֵי Ubi est hasta regis? 1. Sam. 26. 16.

אֵי שָׂרָה אֵי Ubi est Sara uxor tua? Gen. 18. 9.

אֵי אֱלֹהֶיךָ Ubi est Deus tuus? Psal. 42. 11.

Quando אֵי assumit Pronomen זֶה , addit ipsi vim, qualem apud Latinos vocula nam, cum dicitur, Ubi-  
nam, Quanam? ac tum etiam Verbum post se admittit: ut,  
זֶה בֵּית הַרְּאִיָּה Ubinam est domus Videntis? 2. Sam. 9. 18.  
אֵי זֶה עָבַר רוּחַ יְהוָה מֵאֵתִי Quanam transiit spiritus DOMI-  
NI à me? 1. Reg. 22. 24.

Si זֶה præfixam habeat Præpositionem מִן , tum fit interrogativum de loco: ut,

מֵאֵיזֶה מְקוֹם אֵי מִזֶּה תָּבוֹא Udenam venis? 2. Sam. 1. 3. q. d. מֵאֵיזֶה מְקוֹם

Ex quonam loco venis, aut שֶׁתָּבוֹא אֵי הוּא

Ex isto loco, ex quo venis, ubinam est ille?

אֵי מִזֶּה אַתָּה Udenam es tu? vers. 13. Ubi est locus ex quo es?

Denique quomodo Adverbia quædam subjun-  
gantur Nominibus substantivis, vide in Syntaxi No-  
minum cap. 1. in fine.

#### Cum Pronominibus.

כּ præfixum inseparabile notatur cum Kametz: ut,  
כְּכֶם Sicut vos, Jud. 8. v. 2. כְּהֵם Sicut illi, Eccles. 9. 12. Sic  
cum fœmininis; כְּכֶן , כְּהֶן vel כְּהֵנָה. Aliàs semper ac-  
cipit syllabam expletivam מו , cum qua etiam separa-  
tim usurpatur: ut, כְּמוֹ חֶמֶר וְכְמוֹ יוֹצֵר Tanquam lutum,  
& tanquam figulus, Jesa. 41. 25. Sic suscipit quatuor hæc  
Affixa; כְּמוֹכֶם , כְּמוֹכֵן , כְּמוֹהֶם , כְּמוֹהֵן: at cum aliis כּ  
notatur cum Kametz: כְּמוֹנִי Sicut ego, כְּמוֹנֵי nos, כְּמוֹךְ tu,  
כְּמוֹהֵי ille, כְּמוֹהָ illa.

Separata quædam Adverbia cum Affixis con-  
iuncta, sæ-

æta, sæpè Ellipsin Verbi substantivi inducunt, aut Pro-  
nomen simpliciter per Verbum substantivum, ut &  
alias, explicandum.

וְהִנֵּה אִירָה literam ה cum præcedente vocali  
abjiciunt: ut,

אִירָה מֶלֶךְ Ubi est ille rex, 2. Reg. 19. 13. Latini Pronomine  
omisso, simpliciter dicunt, Ubi est rex? Sic, אִירָה Ubi  
estu? Gen. 3. 9. אִים Ubi sunt illi? Jesa. 19. 12.

וְהִנֵּה בְיָדְךָ Ecce cum in manu tua, vel, Ecce ipse est in manu tua,  
Job. 2. v. 6.

וְהִנֵּהוּ עֹשֶׂה Et ecce ipse erat faciens, Jer. 18. 3.

וְהִנֵּה יָפֶה Ecce te pulchrum, hoc est, Ecce tu es pulcher, Cant. 1.  
v. 16. Sic, הֵנָּה Ecce eos, הֵנֶכֶם Ecce vos, הֵנִי Ecce me quod  
& הֵנִי dicitur. Bis etiam juxta Masorethas pro hoc  
reperitur הֵנִי, Gen. 22. 7. & 27. 18. הֵנּוּ Ecce nos; &  
ter הֵנּוּ pro eodem, Gen. 44. 16. & 50. 18. Num. 14. 40.

אִין: ut, וְאִם אֵינְךָ מְשִׁיב Et si non fueris tu respondens,  
Gen. 20. 7. אֵינִי נֹתֵן לָכֶם תֶּבֶן Non ego daturus sum vobis pa-  
leam, Exod. 5. 9. Sic, אֵינִם vel, אֵינֶמוּ Non illi, אֵינֶכֶם Non vos,  
אֵינָהּ Non ipsa, אֵינּוּ Non ille vel illud.

עוֹד: ut, עוֹדְנִי עוֹדְנִי אֲדַבֵּר Adhuc ipse erat stans, Gen. 18. 22.  
עוֹדְךָ מְחַזֵּק Adhuc ipse erat loquens, Gen. 29. 9. עוֹדֵם מְדַבְּרִים Adhuc ipsi erant  
loquentes, Esth. 6. v. 14. Hæc eleganter per duos Ablati-  
vos efferuntur, Adhuc ipso stante, ipso loquente, ipsis  
loquentibus. Sic, בְּעוֹדְנִי אֲדַבֵּר Adhuc illo existente vivo, Ge-  
nes. 25. 6. הָעוֹדֵם חַיִּים An adhuc ipsi sunt vivi, Exod. 4. v. 18.  
בְּעוֹדִי In adhuc me existente, Psalm. 146. v. 2. hoc est, quam-  
diu futurus sum superstes: מֵעוֹדִי Ab adhuc me, Genes. 48. v. 15.  
hoc est, à die vel tempore quo natus sum, quo existo, &c.

Cum Verbis.

Adverbiorum Negandi & Temporis Syntaxis præ  
aliis

aliis hîc observanda est. R. David Kimchi in libro Radicum sex Adverbia negandi numerat, לֹא, בְּלֵיתִי, בְּלֵי, בֶּל, אַל, אִין, quibus פֶּן *Ut ne, Ut non, Ne forte*, adjungitur potest, quæ distinctam structuram habent. Eam recte nosse, non parum interest.

אִין Participio tantum jungitur. Negat verò generaliter de tota aliqua specie, (ut & paulò antè dictum) quomodo à לֹא distinguitur, quod cum Participiis de certo aliquo ac individuo negat, ut mox in ejus Syntaxi videbitur: ut,

תָּבוּן אִין נָתַן *Palea non est data, Exod. 5. v. 15. hoc est, nulla planè.*

וְאִין רָאָה וְאִין יָדַע וְאִין מָקַץ *Et non erat videns, nec advertens, nec evigilans, I. Sam. 26. v. 12. hoc est, non fuit ullus qui videret, neq; quisquam qui adverteret, &c.*

Reperitur & cum Verbo Infinito, sed quod per Enallagen ponitur loco Participii: ut,

כְּסוּם כְּפָרָד אִין הָבִין *Sicut equus & sicut mulus, non intelligens, Psal. 32. v. 9. hoc est, שְׂאִינוּ מִבִּין Qui nihil intelligit, ut R. Salomon explicat. Possit & Infinitivus loco Nominis accipi, ut aliàs sæpè fit, pro אִין בִּינָה לְהֵם Quibus non est intellectus. Deesse verò etiam Pronomen relativum, per se patet.*

Sunt qui putant etiam Futuro jungi, ex sequenti loco:

כִּי־אִין הַמֶּלֶךְ יוֹבֵל אֶתְכֶם וְבָר *Non enim rex potest denegare vobis quicquam, Jer. 38. v. 5. juxta Pagninum, in quem sensum & alii interpretes eunt, quasi אִין jungatur Verbo יוֹבֵל. At distinctio Hebraica id non permittit. Nam accentus Zabephi Katon ad vocem הַמֶּלֶךְ distinctionis membrum facit, unde Pronomen relativum subaudiendum, quod cum Verbo יוֹבֵל conveniat, hoc modo: Non est rex, qui possit contra vos quicquam.* Sic

quam. Sic verò וְאִי ante Nomina ellipsin Verbi substantivi inducere, paulò ante est ostensum: Pronominis verò relativi ellipsis inter Nomen & Verbum tam est frequens & usitata, ut nihil communius esse possit. Quod si hæc distinctio abesset, Futurum per enallagen resolvendum esset in יָכוֹל, quo Rabbi loco Participii utuntur, & sic congrua esset locutio, וְאִי יָכוֹל הַמֶּלֶךְ Non est rex potens, pro, Rex non potest. Hæc Kimchi in libro Radicum in Rad. וְאִי probè notanda censet, ne quis וְאִי cum Futuro, quod simpliciter Futurum sit, jungat.

Porrò וְאִי per affixum Pronomen ad certam personam restringi, per se patet, & antea in Pronominibus declaratum.

Reperitur & cum Chirek loco Tzere, juxta Kimchium: ut,

וְאִי יֵשׁוּבָה תַּחַת יָדֶךָ תִּנְיֶיךָ Et nōne est hic sub manu tua lancea? 1. Sam. 21. 28. R. Salomon & Chaldæus per Si explicant, quod etiam interrogativi vim habet.

וְאִי usurpatur in fine alicujus membri sententiæ, & ab antecedentibus semper dependet, nunquam autem cum sequentibus cohæret, ut וְאִי, facitque ellipticam locutionem: ut,

וְאִי אִם אֵין הַיֵּשׁ יְהוָה בְּקִרְבָּנוּ אִם אֵין An est DOMINUS inter nos, annon? Exod. 17. 7.

וְאִי אִם אֵין מִתָּה אֲנִי Et si non, vel, Sin minus, morior ego, Genes. 30. 1. vide Job. 3. 9. & 33. v. 33. & alibi.

וְאִי tantum Futuro convenit, & communiter dehortantis aut deprecantis est; ut,

וְאִי אַל תִּעַן לְהַעֲשִׂיר Ne labores ut diteris, Prov. 23. 4.

וְאִי אַל תִּמְנַע מִנַּעַר מוֹסֵר Ne subtrahas à puero castigationem, Proverb. 23. v. 13.

Negantis si est, rarissimè: ut,

אל־תִּירָא מִפְּתָאִם *Non timebis à terrore repentino, Prov. 3. v. 25. Kimchi in Michlol vult etiam negantis esse Gen. 49. 6. Exod. 12. 9. Psal. 121. 3. Jer. 14. 17.*

Speciale est; אל פִּשְׁטָתָם הַיּוֹם *Quò irruiſtis hodie? i. Sam. 27. 10. ubi אל pro לָ Quò, juxta Chaldæum interpretem, vel pro עַל, ſubaudito Pronomine מִי, Contra quem, ut alii Hebræi volunt, & ſequentia textus verba comprobare videntur.*

בִּלְ Jungitur Præterito & Futuro. Præterito: ut, וְכִל יָדְעָה מִוֶּה *Et non ſcit quicquam, Prov. 9. 13. בִּלְ יָדְעָתִי הַכּוֹנֵי בִלְ חִלִּיתִי הַלְמוֹנֵי בִלְ יָדְעָתִי Percuſſerunt me, & non agnovi, tuderunt me, & non ſenſi, Prov. 23. 35.*

Futuro: ut, וְכִל יֹאמְרוּ לִלְבָבָם *Et non dicunt cum animo ſuo, Hoſ. 7. 2. בִּלְ יִתְיַצֵּב לְפָנַי חֲשָׁכִים Non ſtabit coram obſcuris, Proverb. 22. v. 29. vide Pſalm. 10. 4. & 16. 8. & 78. 44. Jeſa. 26. 11.*

Reperitur & cum Infinitivo, ſed irregulariter: ut, בִּלְ קִרְאָה אֵלַי *Non appropinquare ad te, Pſal. 32. v. 9. pro, לְבִלְ אֵלַי Ad non, hoc eſt, שְׁלֹא יִקְרֹב Ut non, ne appropinquet, quo modo Rabbini paſſim loquuntur.*

בִּלְ Præterito & Futuro junctum reperitur, negatque abſolute: Præterito: ut, עַל־בְּלִי הִגִּיד לּוֹ *Eò quòd non indicaviſſet ei, Genef. 31. 20. בְּלִי חֲשָׁךְ Non cohibuit, Jeſa. 14. 6.*

אֵין אָמַר וְאֵין דְּבָרִים בְּלִי נִשְׁמַע קוֹלָם *Non eſt ſermo, neque ſunt verba, non auditur vox eorum, Pſal. 19. 4. Gradatio elegans: non ſermo, non verbum, ne vox quidem aut illuſus ſonus eorum percipitur.*

Futuro: ut, אֶסְפָּה בְּלִי יְבוּיָה *Collectio non proveniet, Jeſa. 32. 10. בְּלִי יַעֲשֶׂה קֶמַח Germen non faciet farinam, Hoſ. 8. 7.*

Cum Participio ſimiliter negat: ut,



ענה בלי הפוכה *Placenta non versa, Hof. 7. 8.*

בלתי *Cum Præterito & Participio: ut, אדעו עד בלתי השאיר לו שריד Ad eo ut non relinquerent ei superstitem, Num. 21. 35.*

מבית בלתי סרה *Plagâ non desinente, Jesa. 14. v. 6.*

Assumpto ab initio ל, omnium frequentissimè cum Infinitivo construitur, sed tamen etiam cum Præterito & Futuro, exponiturque per שלא *Ut non: ut, לבלתי סוד לבלתי רום Ad non elevari, ad non recedere, Deuter. 17. v. 20. hoc est, Ut non elevetur, Ut non recedat.*

בלתי שבו *Ut non revertantur, Jer. 23. 14.*

ולבלתי ראו *Ut nihil videant, Ezech. 13. 3. vel, Et nihil viderunt, ut sit pro simplici בלתי.*

בלתי באו *Ne veniant, Jer. 27. 18.*

לבלתי תחטאו *Ut non peccetis, Exod. 20. 20.*

לֹא Omnibus temporibus convenit, excepto Imperativo, pro quo in prohibitivis usurpant Futurum, ut ex decem præceptis notum est. Cum Participio de certa persona negat, quomodo ab יֵאֵל differt, ut ante dictum est: ut,

ולא יודע ענל בשרת *Sed non est sciens iniquus erubescere, Sophon. 3. 5. nempe populus Judaicus, de quo illic propheta agit. Sic si dicas, לא ראה Non videt, nempe, ille, & semper sic loquimur מיוחד על אדם de certo & proprio sive definito homine, scribit Kimchi in libro Radic. in Radice יֵאֵל. Sic & cum Nominibus de certo aliquo dicitur, quando Pronomen demonstrativum adjunctum habet, ut ex exemplis supra adductis patet.*

פִּנ Futuro tantum: ut,

פִּנ יִשְׁלַח *Ne extendat, Gen. 3. 22.*

פִּנ תִּפְלוֹס *Iter vita ne expendas, Prov. 5. 6.*

Semel abusive cum Præterito loco Futuri posito reperitur: ut,

פְּדוּטָא לֹא עָרִים *Ne inveniatur sibi civitates munitas*, 2. Sam. 20. v. 6. *pro* יְגוּא: Chaldeus יִשְׁבֹּחַ per Futurum exprimitur.

Porro Adverbia quædam negandi, hîc quoque ut ante Nomina, ejus quod exprimunt, contrarium significant: ut,

וְשָׁרַעְתָּ שִׁקְרָא אֶל תְּאֵהָבוּ *Et juramentum falsum ne diligite*, Zach. 8. 17. *id est*, odio habete, detestamini.

לֹא יִשְׂמַח אָבִי בְּבָל *Non letabitur pater stulti*, Prov. 17. 20. *id est*, mœrore afficietur: vide Prov. 10. 1.

לֹא יִזְעִלוּ אוֹצְרוֹת רָשָׁע *Non profunt thesauri iniquitatis*, Prov. verb. 10. 2. *id est*, nocent, damnosî sunt.

לֹא יִכּוֹן אָדָם בְּרָשָׁע *Non stabilitur homo in improbitate*, Prov. verb. 12. v. 3. *id est*, radicitus commovetur & eradicatur, quod oppositum ejus membrum ibidem docet.

Sic in Novo Testamento: *Si quis non amat Dominum Jesum Christum, sit anathema*, 1. Cor. 16. 22. *id est*, quisquis odit & execratur. Sunt enim hac dicendi genera Hebræis *מִלֵּאֵי שְׂוִיאָא*, sed *אֲזַנְיָא*.

Adverbia quædam Temporis peculiarem quoque cum Verbis structuram obtinent.

אַחַר vel אַחֲרַי, quibus & pleonasticè vocula אֶת adjungitur, cum Præterito & Futuro usurpatur: ut, וְאַחַר נָשׂוּ יוֹסֵף *Et postea accessit Joseph*, Gen. 33. 7.

וְאַחַר בֵּן תְּבוֹא אֵלַיָּהּ *Et postea ingredieris ad eam*, Deut. 21. 13.

וְאַחֲרַי כֵּן יֵצְאוּ *Et postea egredientur*, Gen. 15. 14.

אָז vel אַזֵּי similiter cum Præterito vel Futuro: ut, אָז אָמַרְתִּי *Tunc dixi*, Ps. 40. 8.

אָז חַיִּים בָּלְעוּנוּ *Tunc vivos deglutivissent nos*, Psalm. 124. 3.

אָז תִּצְלִיחַ אֶת דְּרֹכֶיךָ וְאָז תִּשְׁכַּל־וּ *Tunc prosperas reddes omnes vias tuas, & tunc secundaberis*, Jos. 1. 8.

Enallage Futuri loco Præteriti cum hac Particula sæpissimè accidit: ut,

אז ישיר משך *Tunc cecinit Moses, Exod. 15. 1.* Ad hunc locum Sapiens Ab. Esra notat: משפט לשון הקודש לאמור לשון עתיד תחת עבר עם מלת אז וככה בלשון ישמעאל id est, *Mos est linguæ sanctæ efferre tempus Futurum pro Præterito cum dictione אז, quomodo & in lingua Ismaelitica sive Arabica fit.* Exempla passim sunt obvia, quæ sensus facile distinguet.

טרם Præterito, & Futuro: ut,

טרם כלה לדבר *Antequam finivisset loqui, Gen. 24. 15.*

טרם ושמאל *Samuel autem antequam cognovisset Dominum, & antequam revelatus fuisset ei sermo Domini, 1. Sam. 3. 7.* Vide & Genes. 2. 5. & 24. 45.

Assumit pleonasticè Præpositiones ab initio: ut,

בטרם יבוא הכהן *Antequam ingrediatur sacerdos, Levit. 14. v. 36. vide & Gen. 37. 18.*

מטרם שום אבן *Ab antè ponere lapidem, Hag. 2. v. 16. hoc est, antequam poneret lapidem, estque hîc Infinitivus.*

מתי Futuro: ut,

מתי אקום *Quando surgam? Job. 7. 4.*

Semel Præterito; עד מתי עשנת *Usquequò fumasti? Psal. 80. 5.* sed hîc Præteritum ponitur pro Futuro, *Fumabis.*

כבר Præterito: ut,

כבר היה לעולמים *Jam fuit per secula, Eccles. 1. 10.* Hinc Elias in libro Habbachur; עבר שכבר נשלם *Præteritum quod jam perfectum est, hoc est, Præteritum plusquamperfectum.*

עד Futuro jungitur: ut,

עד תמותו *Donec moriamini, Jes. 22. 14.*

עד תחקרו מליו *Donec investigaveritis sermones, Job. 33. 11.*

Reperitur & cum Præterito, Participio & Infinitivo: ut,

הרודפים

עד שבו הרודפים *Donet reversi sunt insequutores*, Jofuae. 22. vers. 22.

עד זה מדבר *Dum adhuc ipse loquens esset*, Job. i. 18.

עד היותי *Adhuc esse me*, Jon. 4. 2. quæ locutiones per duos ablativos efferri possunt, *Adhuc ipso loquente, Adhuc existente me.*

*Adverbia cum voce indeclinabili juncta.*

Quomodo Adverbia inseparabilia cum indeclinabilibus conjungantur, in ipsorum syntaxi patet.

Separata etiam quædam sic usurpantur: ut, עד אן *Usquequò, Quousq?* עד אין *Donec non*, עד הנה *Hucusq;* & עד הנה *Unde contracta sunt עדו & עדנה Eccl. 4. 2. 3. עד בנה Adhuc, hactenus, usq; huc, quod de tempore & de loco dicitur, Genes. 22. 5. Exod. 7. 16. Sic עד בן Adhuc, Hucusq;* Nehem. 2. 16. pro quo Rabbini עד באן dicunt: עד מאד *Usq; valdè, admodum, nimium, ultra modum, planè, omninò, ut Psalm. 119. 8. 43. quod & Græci efferunt: εως σφόδρα: עד מתי Usque quando, quousque, quamdiu: עד עתה Usq; nunc, εως εἰς νῦν: עד למעלה חליו: que sursum erat morbus ejus, 2. Par. 16. 12. hoc est, summe in valuerat: עד אשר Usque quòd, usquedum: עד שיפוח היום Usquedum aspiraverit dies, Cant. 4. 6. עד כי עד אשר אם Non si, nisi. præterquam, Genes. 47. 18. לא אם Si non, An non? Jesa. 10. 9. לא כן Non sic: כמו כן Similiter sic, Jesa. 51. 6. לבוד מן השחרנים Solutæ præ lunulis, Jud. 8. 26. hoc est, Præter lunulas. Hinc Præpositione Adverbio לבוד additâ, fit illud pura Præpositio, idem quod Præter: מלבוד נשים Præter uxores, Genes. 46. 5. 26.*

ANOMALIÆ. Ellipsis adverbii negandi ex præcedenti membro repetendi: ut,

לעד תקות עניים תאבד *Spes pauperum peribit in seculum*

*Psal.* 9. 19. *pro* לא תאבד *Non peribit*, assumptâ negatione ex præcedenti versus membro: sic *Deut.* 33. 6. *Jesa.* 41. 28. *Job.* 32. 9. *Prov.* 25. 13. & 30. 3. Sic explicant quidam, *Gen.* 3. 6. וַיֵּאָדַר יִשְׂרָאֵל, *Et vapor non ascendebat.*

Adverbii similitudinis: ut,

כָּל מִבְּצֵרֶיךָ תְּאֵנִים *Omnes munitiones tue sunt ficus, Nah.* 3. v. 12. *pro* כִּתְּאֵנִים *Ut ficus, hoc est, ficulneæ.*

הִנֵּה עֲמֹד נָשִׁים *Ecce populus tuus sunt mulieres, ibidem v. 13. pro* כִּנְשִׁים *Sicut mulieres, & sic frequentissimè.*

גֹּר אֲרִיָּה יְהוּדָה *Catulus leonis Jobudab, h. e. sicut catulus, Gen.* 49.

נֹדֵי הָרְכָם צִפּוֹר *Fuge in montem vestrum avicula, Psalm.* 11. 1. *pro* כַּצִּפּוֹר *sicut avicula.*

He interrogationis; ut,

אֲרִדּוּף אַחֲרֵי הַדּוֹד הַזֶּה? *(An) persequar turmam hanc? 1. Sam.* 30. 8. *pro* הֲאֲרִדּוּף?

הֲאַתָּה זֶה בְּנֵי עִשָׂו *In es filius meus Esau? pro* הֲאַתָּה, *Gen.* 27. vers. 24.

תִּמְשֹׁף לִוְיָתָן *Extrahes leviathanem? pro* הֲתִמְשֹׁף *Jobi* 40. 20. sic 25. יִכְרוּ *Cœnabunt? pro* הֲיִכְרוּ. *Vide &*

*Deut.* 32. 38. *Jobi* 19. 4.

*Pleonasmus* primò est in Adverbii continua repetitione, quâ superlativa locutio denotatur: ut,

וַיִּרְאוּ מְאֹד מְאֹד *Et timuerunt valdè valdè, 2. Reg.* 10. 4. hoc est, *vehementissimè.* Huic voci pleonasticè quandoque præponitur ב, non sine singulari elegantia: ut,

וַיַּעֲצְמוּ בְּמֵאֵד מְאֹד *Et roborati sunt valdè valdè, Exod.* 1. 7. hoc est, *copiosissimè, quàm plurimum.* Sic *Gen.* 17. 6. 20.

*Ezech.* 16. 13.

פָּרִיט פָּרִיט מְעַט מְעַט *Parum parum expellam illum, Exod.* 23. 30. vel, *Paulatim paulatim, hoc est, admodum sensim, &*

*leniter.*

סבב

וּמִדָּוּ סָבִיב סָבִיב *Et mensus est illam circum circum, Ezech. 42. v. 15. circumquaq<sup>ue</sup>, undiq<sup>ue</sup>, ab omnibus partibus.*

יַעֲלֶה עֲלֶיךָ מֵעֵלָה וְאַתָּה תֵרַד מִטָּה מִטָּה *Ascendet supra te supra, tu autem descendes infra infra, Deut. 28. v. 43. hoc est, perquam supremè, perquam infimè.*

וְלֹא יִחַצּוּ עוֹד לְשֵׁתֵי מַמְלָכוֹת עוֹד *Et non dividentur in duos regna amplius, h. e. nullâ profus divisione ultra scindentur, Ezech. 37. 22.*

Secundò in Adverbii loci repetitione, sed intercedente vel conjunctione copulativâ וְ, vel pluribus vocibus, quâ locutione diversitas loci significatur: ut,

וְלֹא תֵצֵא מִשָּׁם אֲנָה וְאֲנָה *Neq<sup>ue</sup>, egreditor inde huc & huc, I. Reg. 2. 36. id est, huc aut illuc: sic Ps. 42.*

וַיִּפֹּן כָּה וְכֹה *Et respexit huc & huc, Exod. 2. 12. id est, huc illuc.*

אֶחָד מִפֶּה וְאֶחָד מִפֶּה *Una hinc & altera hinc, Ezech. 40. 49. id est, hinc inde.*

אֵלֶּה מִזֶּה וְאֵלֶּה מִזֶּה *Isti hinc, & isti inde, Jos. 8. 20.*

וַיִּחַצּוּ הִנֵּה וְהִנֵּה *Et diviserunt se huc & illuc, 2. Reg. 2. v. 8.*

אַחַת הִנֵּה וְאַחַת הִנֵּה *Semel huc, & semel illuc, 2. Reg. 4. 35. hoc est, modò huc, modò illuc.*

Tertiò in duobus synonymis ad majorem emphasin exprimendam: ut,

אֵין קְבָרִים בְּמִצְרַיִם *An quòd non essent nulla sepulchra in Aegypto, Exod. 14. 11. hoc est, quòd nulla profus vel omninò: ubi duæ negationes pro vehementiore negatione positæ sunt.*

עַד אֲשֶׁר אִם עָשִׂיתִי *Usquequòd, dum perfecero, Genes. 28. 15.*

עַד אִם *Sic Jesa. 6. 11. pro quo aliàs simpliciter אִם עַד vel עַד אֲשֶׁר dici solet.*

הֲאִם אֵין עֲזָרְתִי בִי *An num non est auxilium in me, Job. 6. 13.*

הֲבֵן אֵין בְּמִשְׁוֹ *hoc est, an verò non est, nullumne omninò?*

הֲבֵן אֵין בְּמִשְׁוֹ *An solum tantummodo per Mosen: Num.*

12. v. 2. duæ exclusivæ ad magis extenuandum: vide & Gen. 14.

וְכַמוֹתוֹ כְּמוֹ בֶן יְמוֹתוֹ *Similiter sic peribunt, Jfesa. 51. 6.*

וְרֵפְתָא לְפָתָא יְבוֹא שְׂבָרָה *Repente momento veniet fractura ejus, Jfesa. 30. 13. vide & 29. 5. Num. 6. 9.*

וְלֵבִיתִי לְמַלְכָּא *Leviter velociter reddam retributionem vestram, Joel. 3. 4. vide & Jfesa. 5. 26. Sic Cic. Ver.*

1. *Sed repente è vestigio, ex homine tanquam aliquo Circeæ poculo, factus est Verres. Et Plaut. Mil. Ita abripuit repente sese subitò. Quidni? unà mecum simul, Ter. Heaut. 5. 1.*

Enallage live potius Antimeria.

שָׁם pro Pronomine relativo, tam est frequens, ut exemplis probatione non egeat. Vide supra cap. 8. in Pleonasmo. Pro וְ אֵין *Tunc: ut, אֵין שָׁם נִפְלוּ פְעָלִי אֵין Ibi cadent operarii iniquitatis, Psal. 36. v. ult. h.e. אֵין תִּנּוּן, שָׁם יִצְעֲקוּ וְלֹא שָׁם יִעֲנֶה Ibi clamabunt, sed non respondebit, h.e. אֵין תִּנּוּן, Job. 35. 12.*

1 Conjunctio copulativa pro Adverbio similitudinis: ut,

וְאֵין רָשָׁע כְּעֵבֹר סוֹפָה וְאֵין רָשָׁע *Ut transiit turbo, & non est impius, Proverb. 10. v. 25. אֵין בֶּן אֵין Sic non est, &c. Sic sæpissimè in*

וַתִּקַּם Et surrexit, Genes. 24. 61. Si tertia radicalis in his fuerit gutturalis aut ך, tunc in fine est Pathach: ut, וַתִּנָּח Et requieuit, Numer. 11. 26. וַיִּסַּר Et divertit, 2. Reg. 11. Tzere in Kal occurrit in Verbis ab ך inchoatis, unde sunt; וַתִּאמֶר Et dixit, Gen. 29. 14. ex forma תִּאמֶר quæ extat Prov. 1. 21. וַתִּנְחֹז Et tenuit, Ruth. 3. v. 15. וַיִּסַּף Et congregavit, 2. Sam. 6. 1. Ex Niphal; וַיִּאָסֶף Et aggregatus est, Genes. 25. v. 8. Ex Hithpahel; וַתִּתְפַּעֵם Et consternatus fuit, Dan. 2. 1. Ex Defectivis secundâ in Hiphil; וַתִּחַל Et cepit, Jud. 13. 15. Ex Quiescentibus primâ in Kal; וַיֵּשֶׁב Et consedit, Genes. 4. 16. Ex Niphal; וַיִּיחַל Et exspectavit, Gen. 8. 12. Ex Hiphil; וַתּוֹשֵׁב Et transtulisti, 2. Reg. 17. 26.

Denique notatur ante Verba sæpè cum Kametz, accentus ratione, ut docetur infra cap. 23. vide illic.

וֵי adjungitur quibuslibet vocibus ab initio, frequente Dages, & apud Rabbinos quidem ejus usus frequentissimus est, in Bibliis rarior: ut,

וַיִּיחַיֵּנִי Quia ipsi elatum reddunt me, Cant. 6. 4.

וַיִּחַד Quod eventus unus, Eccles. 2. 14.

וַיִּתְרוֹן Quod est emolumentum, ibid. v. 13.

וַיִּאֲבֵן Quod egra amore ego sum, Cant. 5. v. 8.

וַיִּשְׁבַּעְתֵּנו Quod sic adjurasti nos, ibid. v. 9.

וַיִּהְיֶה Quod etiam illud esset, Eccl. 1. 17.

Unum cum Scheva: ut,

וַיִּהְיוּ Quod ipsi bestia sint illis, Eccl. 3. 18. ubi notanda elegans locutio, in diverso ejusdem Pronominis usu. R. Salomon accipit וַיִּהְיוּ reciprocè pro וַיִּצְטַמּוּ Sibi ipsis. Simile cum Scheva fuit supra in principio cap. 5.

Quandoque cum Pathach est: ut,

וַיִּשְׁקַמְתִּי Usq; quod surrexi, Jud. 5. 7. hoc est, Usque dum, donec.

וְהָיָה אֵיךְ Quia ad quid ero? Cant. 1. v. 7. hoc est, Ut quid, Cur enim.

וְכֵן Eo quoddam etiam, Genes. 6. v. 3. וְכֵן Quod iudicium, Job. 19. v. 29. Hinc semel est cum Kametz, וְכֵן Quod tu, Jod. 6. v. 17.

Syntaxis Conjunctionum separatarum.

Copulativæ וְ, אֶת cum quibuslibet vocibus conjunguntur, magis augendæ & intendendæ sententiæ causâ, quàm simpliciter copulandæ ( ut apud Latinos *Etiam, Quoque, Tum* ) & nunc præcedunt, nunc sequuntur: ut,

וְהָיָה תִּפְסְדֶנּוּ Nunquid etiam disperdes, Gen. 18. v. 23.

וְיִסְרֶנּוּ אֶתְכֶם אֲנִי Et castigabo vos etiam ego, Levit. 26. 28.

וְאֵיךְ בְּעוֹנוֹתַי Etiamq; propter iniquitates, v. 39.

וְגַם מִעוֹף הַשָּׁמַיִם Etiam ex volucribus cali, Genes. 7. v. 3.

וְיֹאכַל גַּם אֶכּוֹל Et comedit etiam comedendo, Gen. 31. v. 15. sic Genes. 50. v. 18.

וְגַם פָּרָשִׁים וְגַם מִרְכָּבִים Tum currus, tum equites, Genes. 50. v. 9. simile Exod. 12. v. 31.

Causales finales cum Futuro construuntur: rei gestæ vel præteritæ, cum Præterito: ut,

וְלִמְעַן יִאָּרְכוּ יְמֵיךָ Ut prolongent dies tuos, Exod. 20. 12. vide & Exod. 4. 5. Psal. 119. 71. & 130. 4. Deut. 4. 40.

וְיִשְׁכְּבוּ בְּעִבּוֹר תִּשְׁכְּבוּ Ut habitetis, Gen. 46. v. 34. Rabbini solent etiam Causalem וְ Verbo præponere: vide & Genes. 26. v. 4. 10.

וְאֵשֶׁר יִשָּׁב לְךָ Ut non peccetis, Exod. 20. v. 20. וְאֵשֶׁר יִשָּׁב לְךָ Quo, vel, Ut bene tibi sit, Deut. 4. v. 40. Durior hic & minus frequens particulæ וְ אֵשֶׁר usus est. Usitatus per Pleonasmum dicitur; וְ אֵשֶׁר לְמַעַן וְ אֵשֶׁר בְּעִבּוֹר, ut mox declarabitur.

וְכִי רָאָתָה כִּי גִדּוּל שְׁלֹרֶת Videbat enim quod adolevisset Schela, Gen. 38. 15. Nn 5



— אֶת־מִקְדָּשִׁי טָפְאוּ *Eo quod sanctuarium meum violasti,*  
*Ezech. 5. 11.*

אֲנִי מֵשַׁח יְהוָה אִתִּי *Propterea quod unxit Dominus me, Jesa.*  
 61. v. 1. Sæpius ad hanc Particulam assumitur alia  
 causalis אֲשֶׁר *vel* כִּי, ut mox in Pleonasmio sequitur.  
 Superioribus etiam frequentissimè Infinitivus ad-  
 ditur, qui tamen per Subjunctivum explicatur: sed  
 tum propriè Præpositiones sunt, ut in illarum syn-  
 taxi videre est.

Verbi substantivi hîc, ut & aliàs, ellipsis crebra  
 est; ut,

אֲנִי אֲשֶׁר אִתִּי אִשְׁתִּי *Eo quod sis uxor ejus, Gen. 39. 9.*

אֲנִי אֲשֶׁר יְהוָה אִתִּי *Eo quod DOMINUS esset cum ipso, v. 23.*

Conditionales cum Futuro & Præsenti & Præ-  
 terito: ut,

כִּמֹּנִי תִהְיוּ אִם תִּהְיוּ כִמֹּנִי *Si fueritis ut nos, Gen. 34. 15.*

אִם יֵשׁ עוֹל בְּכַפִּי *Si est iniquitas in manibus meis, Psal. 7. v. 4.*

אִם גַּמְלַתִּי שְׁלֹמֵי רַע *Si retribuam pacem-coletis-mecum, malam,*  
*vers. 6.*

מָה תִתֶּנְ לִי כִי תָבוֹא אֵלַי *Quid dabis mihi, si ingrediaris ad me,*  
*Gen. 38. 16.*

וְאִלֹּו לְעַבְדִּים נִמְכַרְנוּ *Et si in servos venditi fuissetus, Esch. 7. 4.*

לֹא הִתְמַהֵמְנוּ *Nisi tardavissetus, Gen. 43. 10.*

ANOMALIÆ in Nominibus & verbis: Ellipsis  
 copulativæ, quam *Afyndeton* vocant: ut, קָמוּ וְנִשְׁמְרוּ *Defe-*  
*cerunt, consumpti sunt, Psal. 73. 19.*

שָׁמַשׁ יָרָח עָמַד *Sol, luna stetit, Hab. 3. 11.*

בֵּין רַגְלָיָהּ כָרַע נָפַל שָׁכַב *Inter pedes ejus incurvavit se, cecidit,*  
*jacuit, Jud. 5. 27. Simile Exod. 15. 9.*

קָשַׁת גְּבוּרִים חֲתוּם *Arcus, fortes, fracti sunt, 1. Sam. 2. 4.*  
 pro, *Et fortes.*

נִשְׁמַת רֹחַ חַיִּים *Anhelitus spiritus, vita, pro וְחַיִּים Et vita,*  
*Gen. 7. 22.*

Disjun-

Disjunctivæ: ut,

כסוס ענור *Sicut grus aut hirundo, Jesa. 38. 14.*

אַרְבַּעָה חֲמִשָּׁה בְּסַעֲפֵיהֶּן *Quatuor aut quinque, in ramis ipsius, Jesa. 17. 6.*

שְׁנַיִם שְׁלֹשָׁה סְרִיסִים *Duo vel tres aulici, 2. Reg. 9. 32.*

בַּעַת מָחָר הַשְּׁלִישִׁית *Juxta tempus crastinum aut postridiè, 1. Sam. 20. 12.*

Causalis כִּי, וְ, אֲשֶׁר: ut,

בְּנֵי אִמִּי נִחְרַוּ בִּי *Filii matris mee accensi irâ contra me, Cant. 1. v. 6. pro שְׁבִנֵי* *Quòd filii: bis enim in præcedentibus hæc Conjunctio usurpatur.*

לֹא יָדַעְתִּי אֲכִנָּה *Non novi, ut cognomine utar, Job. 32. 22. pro שְׂאֲכִנָּה.*

כִּי עַל כֵּן לֹא נָתַתִּיהָ *Nam idcirco quòd non dedi eam, Genes. 38. v. 26.*

עַל לֹא חָמַס עָשָׂה *Eo quòd non fecit iniquitatem, Jesa. 35. v. 9. pro אֲשֶׁר.*

יָדְעוּ גוֹיִם אָנוּשׁ הִפְרָה *Cognoscant gentes, quòd homo sint, id est, se homines esse, Psal. 9. 21. de qua locutione vide suprà cap. 16. Reg. 2.*

Conditionalis אִם in juramentis aut gravioribus asseverationibus, ellipticum dicendi genus efficit, quod hîc quoque notari & observari possit. Tunc enim membrum illud orationis conditionalis, quod mali imprecationem, si jurans fallat, continet, reticeri solet, quam Figuram Rhetores *Apophepesin* vocant. A natura abhorret, sibi ipsi malum imprecari, à charitate mutua, alteri. Profanæ ethnicorum voces fuerunt, *Peream, Disspeream*, & aliæ similes. Pejores & plures nostræ ætatis profanæ fauces, ex nimis vulgata consuetudine effundunt. Hoc sanctè evitavit lingua Hebræa, hîc ut & aliàs, honestatis ac sanctitatis in loquendo studiosissima. Un-

ma. Unde per euphemiam ellipticâ jurandi formâ Hebraei usi fuerunt, in qua Conditionalis אִם simpliciter posita, negat: additâ negatione לֹא affirmat: ut,

אִם מִחוּט וְעַד שְׂרוּךְ נָעַל וְאִם אָקַח מִכָּל אִשֶׁר לִי Si à filo usq, ad corrigiam calceamenti, immò si accepero de omni quod tuum est, Gen. 14. 23. Præcessit, Elevo manus meas ad DOMINUM Deum, &c. hoc est, juro si à filo, &c. q. d. juro, me nunquam id fecisse aut facturum, &c.

אִם תִּשְׁקַר לִי Si mentitus fueris mihi, Gen. 21. 23.

נִשְׁבַּעְתִּי לְבֵית עֵלִי אִם תִּכְפַּר עֵוֹן בֵּית עֵלִי Juravi domui Heli, si expiabitur domus Heli, 1. Sam. 3. 14.

אֶחָת נִשְׁבַּעְתִּי בְּקִדְשֵׁי אִם לְדוֹד אֶכְנֹב Semel juravi per sanctitatem meam, si Davidi mentiar, Psal. 89. 36. vide præterea, Psal. 95. 11. & 132. v. 2. 3.

נִשְׁבַּע יְהוָה צְבָאוֹת לֵאמֹר אִם לֹא בְּאִשֶׁר דִּמְיִתִּי בֵּן הַיְתֵרָה Juravit DOMINUS exercituum, dicendo: Si non ut cogitavi, sic fiet, Jesa. 14. v. 24. hoc est, Juravit omninò sic futurum, ut sibi proposuit: vide Jer. 22. v. 6. Sic, Ἀμὲν λέγω ὑμῖν, εἰ ὁ θεὸς ἐστὶν τῆ γενεᾶ τούτης σημεῖον Amen dico vobis, si dabitur genti isti signum, Marc. 8. 12.

Quòd si verò in juramento humano membrum imprecationis poenæ exprimat, tum fit mali honesta circumscriptio, hoc modo:

כֹּה יַעֲשֶׂה לְךָ אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף אִם תִּכְחַד Sic faciat tibi Deus, & sic addat, si absconderis à me verbum, 1. Sam. 3. v. 17.

כֹּה יַעֲשֶׂה לִי אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף אִם לֹא Sic faciat mihi Deus & sic addat, si non, &c. 2. Sam. 19. v. 13. & 20. v. 10. vide etiam 2. Reg. 6. 31. & 20. v. 10.

כֹּה יַעֲשֶׂה לִי אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף כִּי בִנְפְשׁוֹ דָּבַר Sic faciat mihi Deus & sic addat, quòd contra animam suam locutus est Adonia verbum hoc, 1. Reg. 2. 23. vide 1. Reg. 19. v. 3. Ruth. 1. 17. Jer. 22. v. 5.

Fuit

Fuit & alia elliptica jurandi forma: ut,  
 וַיֵּחָיוּ אֱלֹהֵינוּ אִם יִפֹּל מִשָּׁעַרְתָּ רֵאשׁוֹן *Vivit DOMINUS, si ceci-*  
*derit de capillis capitis ejus in terram, 1. Sam. 14. 45. Sen-*  
*fus, Ut vivit, Quam verè vivit Deus, &c. Sic 1. Reg. 17. 1.*

Sic capiendum, quando Deus ipse jurat, vel ho-  
 mines per suam vitam: ut,  
 וַיֵּחָיוּ אֱלֹהֵינוּ אִם יִפֹּל מִשָּׁעַרְתָּ רֵאשׁוֹן *Vivo ego, dixit Dominus Deus,*  
*si non, &c. Ezech. 5. 11. hoc est, Ut vivo, sic te, &c. Sic*  
*Ezech. 33. 11. & alibi.*

וַיֵּחָיוּ אֱלֹהֵינוּ אִם יִפֹּל מִשָּׁעַרְתָּ רֵאשׁוֹן *Vivit DOMINUS, & vivit ani-*  
*ma tua, si derelinquam te, 2. Reg. 2. v. 2. hoc est, Quam*  
*verè DOMINUS vivit, & ut tu vivis, nunquam de-*  
*relinquam te. Ubi obiter notandum, de Deo verò*  
*dici וַיֵּחָיוּ, at de Diis falsis, (ut Amos 8. 14.) & de ho-*  
*minib. formâ constructâ וַיֵּחָיוּ, vide 1. Sam. 20. v. 3. &*  
*25. 26. 2. Sam. 25. 26. 2. Sam. 15. 21. Kimchi putat*  
*in his וַיֵּחָיוּ esse pro בְּחַיֵּי Per vitam. Rabbini in juramen-*  
*tis dicunt: וַיֵּחָיוּ Per vitam tuam, Ut vivis: vel conjun-*  
*ctim, וַיֵּחָיוּ וַיֵּחָיוּ Per vitam tuam & vitam animæ tuæ.*

Porrò videntur quandoque pii in gravioribus  
 asseverationibus pro innocentia sua vel gloria Dei de-  
 fendenda, imprecationem mali expressisse, ut quando  
 David dixit: *DOMINE Deus mi, si feci istud, si est iniqui-*  
*tas ista in manibus meis: si intuli malum pacem-colenti mecum,*  
*aut si non potius liberavi hostem meum immerito: Persequa-*  
*tur inimicus animam meam, &c. Psalm. 7. vers. 4. At David*  
*non jurat, malum sibi imprecans, si ista vel ista fecerit*  
*aut non fecerit, sed asserit innocentiam suam coram*  
*Deo, liberationem à persecutione hostis petens, quasi*  
*dicat: O Deus si talia fecissem, qualia mihi falso hostes mei im-*  
*ponunt, justam haberent causam, me persequendi: nunc verò cum*  
*nullius talis culpæ mihi conscius sim, quin potius asserere possim,*  
*me de*

me de inimicis meis bene meritum esse, peto ut me ab hoste nunc  
 clementer liberet. Sic Psal. 139. Sacerdotes & Levitæ cum  
 reliquo populo in exilium Babylonicum traducti, vi-  
 dentur devotionem sui expressisse. Babyloniis enim  
 cantica ab ipsis petentibus, responderunt: *Quomodo*  
*cantabimus canticum DOMINI in terra alienigenarum? Si*  
*oblitus tui fuero, ô Jerusalem, obliviscatur sui dextera mea: ad-*  
*hereat lingua palato meo, si non meminero tui, &c.* Respon-  
 detur, hanc imprecationem Israelitas non expressè  
 protulisse eodem momento temporis, quo Babyloni  
 per ludibrium cantica ab ipsis postulabant, sed postea  
 in memoriam istius ludificationis hunc Psalmum à  
 piis conscriptum fuisse, ac si dicere voluissent: *Peiebant*  
*quidem Babyloni cantica letitiæ à nobis, tum in lætù & squalore*  
*ad vada fluminis confidentibus, sed neq; volumus neq; potuimus*  
*ipsis gratificari. Maluissimus potius dexteram nobis exarescere,*  
*aut linguam palato affigi, quàm ut legitimi cultus Dei in urbe san-*  
*ctâ Jerusalem sanctis cantionibus præstiti, immemores, illis vel*  
*ad pulsandum aut canendum abuteremur in contumeliam Dei ac*  
*libidinem hostium, Deo nobisq; impiè insultantium.* Sic deniq;  
 Job: *Si à via deflexi, &c. comedant quod seminaverò, alii: Si*  
*mentem habui ad mulieres proclivem, &c. molat vicissim alteri*  
*uxor mea: Si vires ejus, (terræ) sine pecunia comedi, &c. pro*  
*tritico crescat mihi spina, Job. 1.* Inde de aliis similibus  
 locis potest esse iudicium, in quibus pii zelo vindican-  
 dæ gloriæ Dei, quævis incommoda, ac mortem ipsam  
 subire malunt, ac experunt etiam potius, quàm ut glo-  
 riam Dei in ignominiam convertant. Hæc piorum &  
 sanctorum hominum antiquitus in jurando pia fuit  
 modestia, quam etiamnum inter homines vigere ma-  
 gnopere optandum esset. Notum enim est, quàm le-  
 viter & quàm de re qualibet nihili, homines profani  
 jurando

jurando se diris devoveant. An verò etiam tales dirarum formæ in Sacram Scripturam, quæ eas non frustra reticuit, fuerunt introducendæ? Nam in hominum juramenti ellipsis expressa in quorundam Versionibus legitur per, *Dispeream, Puniat me Deus, Diram mihi imprecans, &c.* In Dei juramenti per, *Ne vivam, Non ero Deus, Mentiar.* Rex caro & sanguis, dicere potest, *Non ero Rex si, &c.* nam per mortem tolli citò potest, aut se ipsum tollere & regno abdicare: homo quilibet & mentiri potest & citò non vivere: At Deus, Deus & rex æternus, vita & veritas æterna est, neque mori, neque mentiri unquam potest, sic enim non esset Deus. Quorsum ergo ista imprecationis forma Deo adscribitur, quæ ne in homine quidem sancto & pio laudanda & ferenda est? Hoc alii interpretes vitare studentes, vel simpliciter locutionem Hebraicam retinuerunt, idque optimè: vel per simplicem affirmationem aut negationem juramenti formam expresserunt. Non malè id quidem, sed in quo non ea vis orationis inest, neque iste affectus loquentis percipitur, quam in ellipsi ista Hebraica insignem admodum & illustrem nobis Spiritus Sanctus non frustra dictavit. Quòd si ergo figura ista Rhetorica, quam *ὑποστροφὴ* vel *Reticentiam* vocant, inter ornamenta orationis profanæ recensetur, quare ea è lingua sancta tollenda? Interpres doctissimus ad locum suprà ex Marco citatum scribit: *Quum plenam sententiam juramenti concipiunt Hebræi, imprecatio ipsa disertè ponitur: Hæc faciat mihi DOMINUS, pro quo dicunt profani homines, Emoriar vel Dispeream: quod fidelibus, nedum Christo ipsi, parùm convenit. Hæc in transitu.*

Pleonasmus Copulativæ: ut,

וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם בְּצַלְמוֹ יִבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם Et *Ajah & Hanah*, Gen. 36. 24. hic prius *Vau* redundat, unde *I. Par. 1. 41.* omittitur.

וּמִמָּחֳרַת וְהַיּוֹמָהּ מִמָּנוּ יֵאָכֵל Et crastino die & quod superfuerit ex eo, comedetur, Levit. 7. 16. pro הַיּוֹמָהּ Vide etiam Gen. 22. 4. Job. 23. 12.

Si sæpius iteretur, tum Poly syndeton vocant: ut, וַיָּשָׁב וַיֵּלֶךְ וַיֵּשֶׁב Et profectus est, & abiit & reversus est, Jesu. 37. 37.

וְנִקְוָמָה וְנִלְכָה וְנַחֲיָה וְלֹא נָמוּת גַּם אֲנַחְנוּ גַּם אַתָּה גַּם מִמָּנוּ Et surgemus & abibimus & vivemus & non moriemur, & nos & tu & parvuli nostri, Gen. 43. 8.

וְיֵאָכֵל וְיִשְׁתְּ וְיִקְסֶה וְיִבֹּן Et comedit, & bibit, & surrexit, & abiit, & sprevit primogenituram, Gen. 25. 34. ubi quinques iteratur.

וַיִּלְבָּשׁוּ וַיַּעֲלוּם וַיֵּאָכְלוּם וַיִּשְׁקוּם וַיַּעֲהוּם Et vestierunt eos, & calceaverunt eos, & cibarunt eos, & potaverunt eos, & unxerunt eos, & deduxerunt eos, 2. Chron. 28. 15. hæc sexies iteratur.

Videtur pleonasmus hujus literæ esse in initiis librorum, capitum, atque quarumlibet omnino sententiarum, ubi non copulat, sed inchoat sermonem ex usu & proprietate linguæ. Hoc Kimchi in libro Radicum in explicatione literæ servilis Vau, appellat וְיִ תְּחִלַּת הַיּוֹמָהּ Vau principium Verborum sive sermonis. Et in principio libri Josuæ scribit, Ex consuetudine linguæ esse, quod Vau initio sermonis adhibeatur, non ut sententiam unam alteri conjungat, sed inchoet tantum. Quod si quis velit dicere, unum librum alteri conjungi: id si quandoq; verum esse possit, tamen locum non habebit in omnibus. Sic principium libri secundi Mosis videtur respicere ad cap. 4. 6. 8. libri primi: sed tale de aliis dici non potest. Incipiunt autem ab hac litera liber Exodi, Levitici, Josuæ, Judicum, Ruth, uterq; Samuelis & Regum, secundus Chronicorum, Esræ,

Efræ, Esther, Ezechielis, Jonæ. Usitatissimum est historicas narrationes incipere à וַיְהִי: plurima capita sunt, quorum singuli versus ab hac litera initium ducunt. Notat idem Kimchi, in lingua Arabica similem usum inchoandi sermonem, habere וּרְפָהּתּוּם sive aspiratum. L. Valla inter Latinos scribit lib. 2. cap. 58. *ET quoq; in itis sententiarum competit.* Idem de *Ac & Atq;* notat, adductis ex Quintil. & Cic. exemplis. Donatus ad illud Terentii Phorm. 1. 3. *Et tibi res sit cum eo lenone, quo cum mihi est, tum senties,* scribit: *ET modo non connexiva, sed & inceptiva Conjunctio est.*

Est & Pleonasmus Conditionalis וְאִם cum aliis Particulis, ut,

וְעַד אֲשֶׁר אֵם אֲשֶׁר עַד *Usquequò si perfecero, Genes. 28. v. 15. sic Jesa. 6. II. pro וְעַד אֲשֶׁר, vel אֵם עַד, quæ conjunctim pro Adverbio Temporis Usquedum, Donec, quin, usurpari solent, unde & supra in Pleonasmio Adverbiorum hæc locutio notata fuit.*

אַחַר אֵם אֵינְכֶם שָׁמְעִים אֵלַי *Posteaquam vos non auscultatis mihi, Ezech. 20. 39. ubi וַיְהִי juxta Kimchium redundat & אֵם est pro אֲשֶׁר Quòd.*

כִּלְתֵּי אֵם גּוֹיֵתָנוּ *Præterquam corpus nostrum, Genes. 47. 18. Sic Jud. 7. 14. Aliàs sufficit solum כִּלְתֵּי.*

Copulativarum conjunctarum: ut,

וְאִם גַּם וְאִם *Et etiam quoq; hoc, Levit. 26. v. 44. Sic apud Cic. Autoritate tuâ nobis opus est, & consilio, & etiam gratiâ. Apud Lucret. Et superantur item. Apud Terent. Hecyr. 5. 1. Ego quoq; etiam credidi. Item: Ego pol. quoq; etiam timida sum.*

Causalis duplicis: ut,

וְיָצַן וְיָצַן בְּמִשְׁפָּטֵי מֵאִסוּ *Quia & quia judicia mea spreverunt, Levit. 26. v. 43. Sic Ezech. 13. v. 10. Sic præterea con-*



junguntur, יָעַן אֲשֶׁר , יָעַן כִּי , Quòd, quandoquidem, Eò quòd, Propterea quòd. לְמַעַן אֲשֶׁר Propterea ut, quorum exempla passim occurrunt, ut Gen. 22. 8. 16. Deuter. 27. 3. בְּעֵבֶר אֲשֶׁר . Nam & אֲשֶׁר solum sufficit, ut 1. Reg. 15. 13. 1. Sam. 15. 15. Genes. 27. 10. vel solum לְמַעַן aut בְּעֵבֶר , ut exemplis suprà adductis patet.

Enallage Copulativæ ו̄ varia admodum est, ut & variè (ET) apud Latinos usurpatur, sicut à Valla & aliis Latinæ linguæ scriptoribus observatum est.

Pro disjunctivâ: ut,

לִי רֵאשׁ וְעֵשֶׂר אֶל תִּתֶּן לִי Paupertatem & divitias ne dederis mihi, id est, aut, Prov. 30. 8.

וְאִמּוֹ וּמִכָּה אָבִיו Item qui percutit patrem suam & matrem suam, Exod. 21. 7. 15. או אִמּוֹ Aut matrem suam.

וּבְנָיו אַהֲרֹן & filii ejus, i. e. Aut, Exod. 27. 21.

וּמִקִּלְלֵי אָבִיו Et maledicens patri suo, & matri suæ, ibid.

v. 17. quod ab Evangelista Matthæo redditur: ο κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα, Maledicens patri aut matri.

Pro Discretiva, At, Sed; ut;

בְּאוֹ לֹא אֶדְוִי וְעַבְדֶּיךָ בָּאוּ Non, Domine mi, & servi tui venerunt, &c. pro, Sed, Gen. 42. 10.

בֶּן חָכָם יִשְׂמַח אָב וּבֶן כְּסִיל תּוֹגֵת אָבִיו Filius sapiens exultat patrem, & filius stultus mærori est matri suæ, pro, Sed, Prov. 10. 1.

Pro Causali; ut;

לֹא יִרְבֶּה לוֹ נָשִׁים וְלֹא יִסּוֹר לְבָבוֹ Non multiplicabit sibi uxores, & non declinabit cor ejus, pro, Ut non, Deut. 17. 17.

Interdum pro rationali Idcirco, ut apud accuratiores Bibliorum interpretes observare licet. Sic & apud

Græcos, pro ἀλλά; ut, & ἐδικαιώθη σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, Sed justificata est sapientia à filiis suis, Matth.

II. v. 15.  $\kappa\alpha\iota\ \sigma\eta\mu\epsilon\iota\omicron\nu\ \delta\ \delta\theta\eta\sigma\epsilon\tau\alpha\iota\ \alpha\upsilon\tau\eta\eta$ , Sed signum non dabitur ei, Matth. 12. 39.  $\kappa\alpha\iota\ \mu\omicron\iota\ \delta\ \theta\epsilon\omicron\varsigma\ \epsilon\delta\epsilon\iota\chi\epsilon$ , Sed mihi Deus ostendit, Act. 10. v. 28.

Quandoque habet vim comparativam: ut;  
 וְנִרְגַּז מִפְּרִיד אֱלוֹף *Vir perversitutum immittit litem: & susurro separat principes*, h. e. Ut fufurro, Prov. 16. 28.

וְרַבִּים יִחַלוּ פָּנָיו נְדִיב וְכָל הָרֶעַ לְאִישׁ מִתָּוֶה *Multi deprecantur faciem principis, ut quivis amicus est viri liberalis, dona tribuentis*, Prov. 19. 6.

Pro  $\text{עַל־פִּי־כֵן}$  *Tamen; ut,*  
 וְהַמְּלָכִים הֵמָּנִים עִם לֹא עָזוּ וְיִכְיִנוּ בִּקְוֵי לַחֲמֹם *Formice sunt populus non fortis, & preparant in aestate cibum suum*, pro, Et tamen præparant, Prov. 30. 25. Sic  
 מֶלֶךְ אֵינֶנּוּ לְאַרְכָּה וְיֵצֵא חֲצָץ כְּלוֹ *Rex non est locustæ, & egreditur* &c. pro, Et tamen, ibid.  $\psi$ . 27.

Pro  $\text{עִם}$  *Cum: ut,*  
 כִּי הָיָה אֲרוֹן הָאֱלֹהִים בַּיּוֹם הַהוּא וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל *Quia fuit arca in die illo, & filii Israel*, h. e. *cum filiis Israel*, 1. Sam. 14. 18.

Conditionalis  $\text{אִם}$  *Si*, pro Causali  $\text{אֲשֶׁר}$  *Quod*, cum Adverbio  $\text{עַד}$  *Usq;*: ut,  $\text{עַד אִם}$  *Usquequo, quoad, donec, Usquedum*, Gen. 24. 32. *Jesa.* 30. 27.  $\text{אֲחֵר אִם}$  *Postquam*, *Pesteaquam*, Ezech. 20. 39. quæ aliâs dicuntur  $\text{עַד אֲשֶׁר}$  *Nimmer.* 20. v. 17.  $\text{אֲשֶׁר אֲחֵר}$  apud Rabbinos. Item pro *An*, *Num*, sumi tritissimum est, quomodo *Si* etiam apud Latinos sumitur: ut apud Terentium: *Visam si domi est*, id est, an sit domi. *Est ne ea intus? si sit rogas?* id est, an sit. Et apud Cic. ad Att. *Delatus est ad me fasciculus: solvi, si quid ad me literarum: nihil erat.*

$\text{אִם לֹא}$  *Si non*, id est, *sed*, Genes. 24. v. 38. Sic apud Græcos  $\epsilon\iota\ \mu\eta$ , Matth. 12. 4. & alibi: item  $\epsilon\alpha\ \mu\eta$ , ad Galat. 2.  $\psi$ . 16.

Conjunctiones quaedam sequente aliâ voce indeclinabili.

אֲנִי אִם כֵּן לְמַה זֶה אֲנִי *Si sic, ad quid ego?* Gen. 25. 22.

אֲנִי אִם כֵּן אֶפְרָא זֹאת עָשׂוּ *Si sic nunc, istud facite,* Gen. 43. v. 11.

אִם אִין אַתָּה שְׁמַע לִי *Sin minus, tu ausculta mihi,* Job. 33. 33.

אִם אַתָּה לֹו שְׁמַעֲנִי *Sed si tu is es, quæso audi me,* Genes. 23. 12.

אִם אִי כִי לֹוֹא אָכַל אָכַל *Etiam quia si comedendo comedisset,* 1. Samuel. 14. 30. hoc est, quanto magis si.

אִם אִי בְּאֶרֶץ יִשְׁלַם אִם כִּי רָשָׁע *En justo in hac terra rependitur, quanto magis improbo,* Proverb. 11. v. 31. Hoc modo conjunctæ, comparativè sumatur, pro *Quanto magis,* vel *Quanto minus,* prout sententia postulat: sic,

אִם אִי כִי אֲנִי אֶעֱנֶנּוּ *Etiam quia ego responsarem ei,* Job. 9. 14. hoc est, quanto minus. Sic 1. Reg. 8. 27. Hoc sensu Ellipsis est Particulæ כִּי, Job. 4. 5. 19.

אִם כִּי אֶלֶךְ *Etiamsi ambulavero,* Psalm. 23. 4.

אִם אִי עָשִׂיתָ *Propterea quòd fecisti,* Gen. 22. 16.

אִם אִי בִּי מֵאֲסַתֶּם *Eò quòd sprevisi,* Num. 11. 20. Sic Jesa. 8. 6.

אִם אִי כִי נִסְחָרְבִי וְנִסְכְּלִי לֹא לָקַחְתִּי *Nam & gladium meum, & etiam instrumenta mea non accepi,* 1. Sam. 21. 8.

אִם אִי כִי אִם יִשְׁנֹו *Quòd si fuerit illud,* 1. Sam. 14. 39. Hinc in varios sensus hæc duæ particulæ trahuntur, de quibus consulenda Lexica.

אִם אִי כִי לֹוֹלֵא הִתְמַהְמַהְנֹו *Etenim nisi cunctati fuisset,* Gen. 43. 10.

אִם אִי כִי בָאוּ *Nam idcirco venerunt,* Gen. 19. 8.

אִם אִי כִי עָתָה רִיקָם שְׁלַחְתִּינִי *Quòd nunc vacuè dimisisses me,* Genes. 31. 42.

אִם אִי כִי אֲשֶׁר יֵצֵא *Propterea quòd preceptorus est,* Gen. 18. 19.

Aliàs valet *ut*, & tum אֲשֶׁר pleonasticè adjungitur & aliis Causalibus.

אִם אִי כִי אֲשֶׁר שְׁמַעְתָּ *Eò quòd auscultasti,* Gen. 22. 18.

אִם אִי כִי זֹאת אֶעֱשֶׂה לְךָ *Propterea quòd hoc facturus sum tibi,*

Amos 4. 12.

וְיָרַד מִפְּנֵי אֲשֶׁר יָרַד Propterea quòd descendebat, Exod. 19. v. 18. & familia.

CAPUT XXII.

De Syntaxi Interjectionum.

**V**T Præpositionum cum Adverbiis, sic quoque Interjectionum cum eis, magna est affinitas. Nam sicut illæ amisso casu fiunt Adverbia, sic Adverbia nudè sine Nomine aut Verbo in oratione posita, fiunt Interjectiones. Sic enim hæ apud Latinos dictæ olim fuère, quòd orationi vel antè, vel in medio, vel in fine sic interjicerentur, ut ab aliarum structura liberæ, solæ affectum animi singularem audienti suo iudicio exhiberent. Hoc modo & distinctæ fuère ab Adverbiis, quæ Nominis aut Verbi societate & adjumento in structura sermonis gaudent. Usus ergo in loquendo hîc communem sequuntur: ut,

וְהוּא יָנֹס מֵאֶרֶץ צָפוֹן Heus, heus, profugite ex terra septentrionali, Zach. 2. v. 6.

וְשִׁמְעֵנִי לֵךְ Quæso, audi me, Gen. 23. v. 13.

וְהָבָה נִלְבְּנָה לְבָנִים אָגֵדֻם Verbum est per se, sed hîc Interjectionis vim plenè obtinet.

אֵיךְ מִי יִחְיֶה מִשְׁמוֹ אֵל Eheu, quis vivet, quum disposuerit istud, Deus? Num. 24. 23.

וְאַנָּה שָׂא נָא פְּשַׁע אֶחָיוֹבְדֵי אֶחָיוֹבְדֵי Obsecro, condona nunc defectionem fratrum tuorum, Gen. 50. v. 17.

וְעֵינָיו אָמְרוּ הָאֵחַ הָאֵחַ רָאִתָּה עֵינָיוֹ Dixerunt: Euge, Euge, vidit oculus noster, Psalm. 35. v. 21.

וּבְכָל חוֹצוֹת יֹאמְרוּ הוּא הוּא Et in omnibus plateis dicent, Heu, Heu, Amos 5. 16.

ישן אֶל מִקְדָּשִׁי *Eò quòd dicit, Euge, de sanctuario meo, Ezech. 25. v. 3. Ex hoc usu illud enatum est, ut ob efficaciam significatus, certos sibi interdum casus quæsierint: ut,*  
 הָאֵלֶּיךָ מַעֲשׂוֹת לְךָ חֲלִילָה *Absit tibi, ut facias secundum rem hanc, Gen. 18. 25. sic cap. 44. v. 7.*  
 וְאֵלֶיךָ מוֹאָב *Va tibi Moab, Num. 21. v. 29.*  
 לִי אֵינִי *Hei mihi, Psalm. 120. 5.*  
 אֵיךְ אֶרֶץ *Hei tibi regio, Eccl. 10. 16.*  
 לִי הָאֵלֶּיךָ *Ejulate, dicentes: Ah, Va diei isti, Ezech. 30. 2.*  
 לִי אָהָב *Ahab, Eheu diei isti, Joel. 1. v. 15.*  
 אָהָב אֲדֹנָי יְהוִה *Ahab Domine Deus, Jud. 6. 22.*  
 אֲדֹנָי *Quæsumus Domine mi, Gen. 43. 20. אֲדֹנָי Obsecro DOMINE, Exod. 4. v. 10.*

CAPUT XXIII.

*De distinctionibus sententiarum.*

**V**T literæ, syllabæ ac vocis certa est profodia & orthographia, ita quoque orationis. Nam Profodia orationis, est commoda spiritus in pronuncian- do moderatio; orthographia, ejus in certa membra distinctio & interpunctio. Illâ ob angustiam spiritus opus est, hâc, ob orationis sensum evidentius perci- piendum. Utrumque in textu Hebræo sacrae Scriptu- ræ præstant ACCENTUS. Hinc de utriusq; usu & necessi- tate scribit Tullius lib. 3. de Oratore, inquiens: Clausulas enim & interpuncta verborum, animæ interclusio, atq; angustia spiri- tus attulerunt. Id inventum est ita suave, ut, si cui sit infinitus spiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus. Et paulò post: Efficiendum est illud modò vobis, ne fluat oratio, ne vage- tur, ne

tur, ne insistat interiùs, ne excurrat longiùs: ut membris distinguatur, ut conversiones ( *ⲱⲉⲓⲟⲩⲃⲥ* ) habeat absolutas. Hæc ille. Sic verò non tantum viribus & animæ in pronuntiando utiliter consultum fuit, sed & perspicuitati sensuique commodiùs percipiendo, optimum & necessarium subministratum est adminiculum. Hoc cum à profanis oratoribus studiosè semper quæsitum sit & observatum, quantò magis in sermone divino ejus accuratissima ratio haberi debuit? Huic verò rei in lingua Hebræa Veteris Testamenti, per Accentuum varias figuras, varium multiplexq; allatum est remedium. Unde celebris est illa Sapientis Aben Esræ sententia, quam habet in libro Stateræ linguæ sanctæ: *כל פירוש שאינו על גדול הוא לשמור דרך* Id est, *Quæcunq; expositio non fuerit juxta rationem accentuum, ne acquisito ei neq; audias eam*: Et alibi: *עקר גדול הוא לשמור דרך הטעמים* *Momentum magnum est observare rationem accentuum*, in *Commentar. Jesa. i. 9. Idem Exod. 20. i. כי* *הפלות הם בגופות והטעמים הם כנשמות והגוף לנשמה כמו כלי* Id est, *Scito dictiones esse quasi corpora, & accentus quasi animas: corpus autem est animæ quasi vestimentum, &c. Vide amplius. Idem Deut. 5. 5. אל תשיב לב על הפלות כי הם בגופות והטעמים ברוחות* *illa enim sunt instar corporum, & accentus sicut spiritus sive anima: & qui scindit duobus cultris uno ductu, in opere id opus unum est. Sic Rabbi Salomon Jarchi in Commentariis suis Biblicis, plurimis locis scribit, טעם המקרא מוכיח* *Accentus Scripture evincit hoc, cum scilicet accentum distinctione pressus, coactus fuit hoc vel illo modo exponere. Sic Ezech. i. ad versum undecimum scribit: אפלא ראיתי* *Id est, Nisi vidissem accentum Sakephgadol punctatum super vocem*

וּפְנִיָּהּ, non scivissem exponere eam: accentus enim iste docuit me, discernendam istam vocem à sequente, &c.

Et cum ( teste Cicerone in Orat. ) integer verborum ambitus & plena comprehensio, è quatuor ferè partibus sive membris, quasi quatuor hexametris versibus constet ( etsi etiam sæpè pauciora, sæpè plura sint, cum alius naturæ modus sit, alius artis ) totidem quoq; notæ in lingua Hebræa, istis membris indicandis sufficere poterant. At quòd Accentus præterea etiam essent notæ musicæ, & moderandi cantus indices, non tantum in expressis Canticis Psalmis & Carminibus, quæ שִׁירִים & מְזֻמְרִים dicuntur, sed & totâ Scripturâ Hebræâ Veteris Testamenti, numerus ipsorum multigenis figuris variatus est. Sic enim id Hebræi à Mose, primo suo in Lege divina præceptore, institutum esse, scriptis testantur, unde & in hodiernum diem usq;, cum sacra diebus sabbathinis atque aliis festis agunt, *Paraschas* & *Haphtharas*, id est, Sectiones sive Lectiones Mosaicæ & Propheticæ, juxta accentuum rationem semper modulantur & cantillant, nunquam moderatè legunt. Quantò verò scientiùs prisca Hebræorum sedulitas, in vero tam variorum accentuum usu exercendo, versata fuit, tanto negligentius posterior Rabbiorum ætas, ab eo remisit, quæ universum accentuum usum, penè insuavis cantillationis arte conclusit. Hanc ipsis relinquentes, interspirationis & distinctionis usum, nostro scopo in Bibliis legendis & intelligendis, necessarium, paulò considerabimus pressius, & id quidem in libris profaicis; nam metricorum alia ratio est. Hoc antequam fiat, proponenda erit vulgata distributio accentuum, quæ ab Hebræis profecta, à nostris summo consensu excepta & servata est, etsi accuratior optanda.

Accen-

Accentus, moderandæ orationis respectu, sunt vel *Ministri* vel *Reges*.

Ministri sunt, qui reges antecedendo, spiritum & sermonem ad ipsos usque promovent & continuant: suntque octo: *Munach*  $\aleph$ , *Mahpach*  $\aleph$ , *Merca simplex*  $\aleph$ , *Mercakephula sive duplex*  $\aleph$ , *Darga*  $\aleph$ , *Ferach-ben-jomo*  $\aleph$ , *Kadma*  $\aleph$ , *Telisha ketanna*  $\aleph$ . Elias Levita & alii, tres præterea his annumerant, nempe, *Hillui*, *Mecarbel*, & *Meajela*, de quibus quid sit statuendum, dictum est lib. 1. cap. 5. *Telisha ketanna* quidam inter reges numerant, cum tamen nihil regiæ dignitatis, vel potestatis quicquam obtineat. Dignitatis, quia non habet sibi servos adjunctos, ut alii reges, sed sæpius solus incedit, ministrum quidem *Munach* interdum antecedentem habens, sed non sibi, verum secum proximè sequenti regi ministrantem: deinde quia quasi mancipium est conservi sui *Kadma*, quem perpetuo post se habet, atque ita ne eâ quidem reliquorum ministrorum dignitate fruitur, ut proximè regem antecedit, sed semper uno vel pluribus ministris intercedentibus. Potestate etiam regiâ exclusus est, tum quoad jus in distinguendis sententiis, tum quoad authoritatem in literas  $\aleph$   $\aleph$ , ut patebit ex doctrina sequenti.

Reges sunt, qui spiritum vel leviusculè suspendunt, vel plenius sistunt, & sermonem aliquo membro incidunt & distinguunt: suntque septendecim: *Silluk*  $\aleph$ , *Athnach*  $\aleph$ , *Rebhiah*  $\aleph$ , *Sakeph katon*  $\aleph$ , *Sakeph gadol*  $\aleph$ , *Segolta*  $\aleph$ , *Sarka*  $\aleph$ , *Geresch*  $\aleph$ , *Geraschajim*  $\aleph$ , *Paschta*  $\aleph$ , *Paser*  $\aleph$ , *Schalscheleth*  $\aleph$ , *Telisha gedola*  $\aleph$ , *Karne parah*  $\aleph$ , *Tipcha*  $\aleph$ , *Tebhir*  $\aleph$ , *Jethibh*  $\aleph$ . Alii adjiciunt duos



alios, ut fiant novendecim, nempe *Pesik* & *Legarme*, de quibus vide lib. I. cap. 5.

*Paser* quidam vocant *Paser gadol*, hoc est, magnum, alii *Paser katon*, id est, parvum. Elias & auctor Tractatus accentuum in fine Bibliorum magnorum, item Masorethæ, ut Numer. 35.  $\Psi$ . 5. faciunt *Paser gadol* synonymon accentus *Karne parah*, & *Paser* commune vocant *Paser katon*.

Idem Elias quinque accentus naturales facit, qui neque reges neque ministri sint, nempe *Pesik*, *Schalscheleth*, *Karne parah*, *Segolta*, *Silluk*. Ministri non sunt, inquit, quia jus commune regum sibi quoque vendicant, imponendo literis כפך דגך Dagesch lene ab initio vocis, si præcedentem dictionem aliquam literam quiescente finitam occupent, ut in sequentibus videbitur. Hanc potestatem cum regibus communem habentes, servili ministrorum conditione excedunt. Reges quoque non sunt, & quidem *Schalscheleth* & *Karne parah* ob rarum suum usum: ille enim duntaxat septem, hic sedecim vicibus in omnibus libris profaïcis reperitur. (Atamen Jesa. 13. 8. facit comma, & vocalem suam pro- ducit, instar Regis pausantis.) *Segolta* quasi servus est regis *Sarka*, post quem semper incedere cogitur, & quidem communiter absque ministro, interdum cum Ministro *Munach*. *Pesik* ex regum omnium consortio & comitatu exclusus, inter voces ipsas stationarium agit, & ceu remoræ cujusdam nota circumraptatur, unde & hic in regem ungi non meruit. *Silluk* denique in regem electus non est, ob nimis angustos sui regni fines. In angulum enim extremum detrusus, sedem in sola ultima cujusque versus dictione figere tenetur, quod parum augustum est. At, inquit, sic & *Athnach*  
in re-

in regem coronari non debuit, qui & ipse in medio cu-  
jusq; versus, & quidem semel tantum, venire cogitur.  
Respondetur, libertate eum duplici donatum esse: *primò*, quòd certam dictionem non habeat, sed liberum  
solum quærat, nunc proximè à principio versus, nunc  
in medio, nunc propè finem: *secundò*, quòd omnibus  
versibus alligatus non sit: plurimi enim ipsius præ-  
sentiâ carent, ut ostenderetur infra. At nunc hujus di-  
stributionis usum accuratiùs considerabimus.

Reges sunt vel *Minores* vel *Majores*.

Minores, qui imperfectæ sententiæ præfunt & con-  
stituunt vel ὑποσίγησις vel κόμμα.

ὑποσίγησις Subdistinctio vel semiincisum est, cum  
spiritus sine respiratione sustinetur & suspenditur, ut  
leviculè voces subdistinguantur, notaturque per Ge-  
resch utrunq;, Jethibh, Karne-parah, Paser, Paschta, Sakeph-  
gadol, Sarka, Schalscheleth, Tebbir, Telischa, & Tiphcha. Fre-  
quentissimè tamen etiam in sermone continuato ad-  
hibiti, ab ipsis ministris vix quidquam differunt.

Κόμμα, (Ciceroni *Incisum* dictum) est distinctio,  
quâ cum exigua respiratione, aliqua sententiæ pars,  
à sequentis perfectione inciditur: notaturque per Reb-  
hia aut Sakeph katon, & in longioribus versibus per Sa-  
golta, rariùs per quosdam subdistinguentium. Atta-  
men & hi sæpissimè nihil distinguunt, sed vel musicæ,  
aut ordinis & consecutionis causâ tantum adhibiti  
sunt.

Majores reges sunt, qui perfectiùs sermonem di-  
stinguunt, & constituunt vel κῶλον vel ᾠδον.

Κῶλον sive Membrum, (ut à Tullio in Orat. voca-  
tur) est, quo spiritus pleniori morâ deponitur, & di-  
stingui-

stinguitur sententia perfecta quidem in suo membro, sed alteri adhuc conjuncta, notaturque per *Athnach*. Videas tamen & hunc sæpè minori distinctioni servire, ac proprio officio non fungi, ut vel primus Bibliorum Versus demonstrat.

*He'iod* Ⓞ est distinctio, quæ spiritus omnino deponitur, & sententia Versus absolvitur, notaturque per *Silluk*. Tullio in Oratore dicitur *Ambitus verborum*, *Circumscriptio*, *Comprehensio*, *Continuatio*, *Circuitus*; Hebræis autem פסוק *Versus finitus*. Versus enim ibi finitur, non ipsa semper sententia, quæ duobus aut tribus Versibus sæpè continuatur. Imò ita interdum pendentem sententiam relinquit, ut ne comma quidem constituat: vide Genes. 23. v. 8. Hi duo majoris distinctionis accentus, à nostris Grammaticis communiter vocantur *Pausa*, & sic ab Hebræis הפסק, quod idem. Nunc omnium distinctionum exempla producamus, & propositam doctrinam ex usu confirmemus.

Genes. 2. vers. 16. 17.

וַיֵּצֵא יְהוָה אֱלֹהִים עַל הָאָדָם לֵאמֹר מִכָּל עֵץ הָגֵן אֲכַל תֹּאכַל :  
וּמֵעֵץ הַדְּעָת טוֹב וְרָע לֹא תֹאכַל מִמֶּנּוּ כִּי בְיֹם אֲכַלְהָ מָמוֹן מוֹת  
תָּמוּת :

Id est, *Et praecepit* (Paschta nihil distinguit) *DOMINUS* (Minister Munach continuans) *Deus* (Sakeph katon nihil distinguens) *homini* (Tipcha subdistinguens) *dicendo*: (*Athnach* colon faciens) *ex omni* (Merca continuans) *arbore horti hujus* (Tiphcha subdistinguens) *comedendo* (Merca continuans) *comedes*, (Silluk versum finiens, sed non periodum sive integrum sententiae ambitum, in quo proprie colon efficit) *Sed de arbore* (Rebhiah nihil distinguens) *scientia*  
Paschta

(Pafchta subdistinguens vel potius nihil) *boni* (Munach continuans) & *mali* (Sakeph katon incifum faciens) *non* (Merca continuans) *comedes* (Tiphcha nihil distinguens) *ex ea*: (Athnach colon constituens) *nam* (Rebhiah subdistinguens) *in die* (Tebhir nihil distinguens) *comedere te* (Merca continuans) *ex ea*, (Tiphcha subdistinguens) *morte* (Merca) *morieris*, Siluk hîc demum periodum integram absolvit. Vides hîc multos reges, ratione distinctionis, servilem induisse naturam: apud Judæos autem suam regiam potestatem obtinent in Musica.

At singulos in singulis versibus examinare, nimis foret prolixum. Propius ergo eos adeamus, & uno quasi contuitu plerunque ipsorum exercitum, in uno loco quasi comitia celebrantem, lustremus. Sunt enim in eo quatuordecim reges (aut quindecim juxta eos, quibus & Legarme rex salutatur) congregati, absentibus ex universo accentuum numero septem, nempe *Schalscheleth* & *Karne-parah* (qui aliâs rari sunt) *Pazer* & *Telische ketanna*: item *Darga*, *Ferach-ben-jomo* & *Merca kephula*.

## 2. Reg. I. vers. 6.

וַיֹּאמְרוּ אֵלָיו אִישׁ 'עֲלֵה' לְקַרְאֲתֵנוּ וַיֹּאמֶר אֵלֵינוּ לָבוֹ שׁוּבוּ  
 אֶל-הַמֶּלֶךְ אֲשֶׁר-שָׁלַח אֲתֶכֶם וְדַבַּרְתֶּם אֵלָיו כֹּה אָמַר יְהוָה  
 הַמְבַלְי אֵין אֱלֹהִים בְּיִשְׂרָאֵל אַתָּה שָׁלַח לְדָוִד בְּבַעַל זָבוּב  
 אֱלֹהֵי עַקְרוֹן לָבוֹ הַמַּטָּה אֲשֶׁר-עָלִיתָ שָׁם לֹא תִרְדּוּ מִמֶּנָּה  
 כִּרְמוֹת תְּמֹרֵת :

Id est, *Et dixerunt* (Kadma primus minister) *ad eum*,  
 (Gerefeh primus rex Incifum faciens) *quidam-vir*,  
 (Munach secundus minister, quem sequitur virgula  
 recta,

recta, inter hanc & sequentem vocem posita, quæ post Munach aut inter duo Munach vocatur *Legarme*, ut libro primo, capite 5. dictum, alias *Pesik*: & si rex aut regulus sit, ecquid regis potestatis hinc nobis exerce- ret? Musicam Judæi curent.) *Ascendit obviam nobis*, (Re- bhiah secundus rex, Incisum faciens) & *edixit nobis* (Sar- ka tertius rex, Incisum) *abite*, (Munach minister hinc subdistinctionem facit) *revertimini* (Sarka nihil distin- guens) *ad regem qui misit vos*, (Sægolta quartus rex, Inci- sum vel potius semiincisum) & *loquimini ad eum*, (Re- bhiah incisum) *sic* (Jethibh quintus rex nihil distin- guens) *ait Dominus*, (Sakeph katon sextus rex, Incisum) *an propterea quod* (Mahpach tertius minister) *non est Deus*, (Paschta, septimus rex nihil distinguens) *in Israele*, (Sa- keph katon, incisum) *tu mittis* (Sakeph katon, nihil di- stinguens) *consultum* (Sakeph gadol, octavus rex, nihil distinguens) *Babal* (Merca quartus minister) *Sebbubb* (Tiphcha nonus rex subdistinguens) *Deum Hekyonis?* (Athnach decimus rex, colon efficiens, quod sensus ratione hinc in interrogationis notam convertitur, quâ propria Hebræi carent) *idcirco* (Telifcha gedola, unde- cimus rex nihil distinguens) *ex lecto* (Geraschajim duo- decimus rex subdistinguens) *quem conscendisti illic* (Te- bhir decimus tertius rex, subdistinguens) *non descendes ex eo*, (Tiphcha, Incisum: falsò in quibusdam exem- plaribus hinc alterum Athnach positum est: nam duo in uno Versu nunquam occurrunt) *nam moriendo morie- ris*: Silluk decimus quartus rex versum absolvens. Por- rò ex septem istis, qui hoc Versu desiderantur, repe- tiuntur quinque in sequenti loco:

1. Paralip. 28. vers. 1.

וַיִּקְחֵל דָּוִד אֶת-כָּל-שָׂרָיו יִשְׂרָאֵל שָׂרֵי הַשְּׂבָטִים וְשָׂרֵי הַמַּחֲלָקוֹת  
הַמְּשֻׁרָתִים

וְיָשֻׁבֵתִים אֶת הַמֶּלֶךְ וְשָׂרֵי הָאֲלָפִים וְשָׂרֵי הַמֵּאוֹת וְשָׂרֵי  
 הַדְּרוֹשִׁים וְיָשֻׁבֵתִים לְמֶלֶךְ וְלִבְנָיו עִם הַפְּרִיסִים וְהַבְּכִירִים  
 וְלִבְנֵי גִבּוֹר קָל אֶל יְרוּשָׁלַם :

Id est, *Congregavit itaq; David omnes Principes Israelis*,  
 (Paser incisum) *principes tribuum & principes distributionum*  
*ministrantes*, (Jærach-ben-jomo Minister) *regi*, (Karne-  
 parah Rex, incisum faciens) *& principes militum, & prin-*  
*cipes centenorum, & principes omnium facultatum & pecuniarum*  
 (Telifcha minister) *regis & filiorum ejus, cum eunuchis*  
 (Darga minister) *& robustis omnibusq; valentibus robore, in*  
*Ferusalem.* Versus notabilis, in quo primò observan-  
 dum illustre ministerium Ministri Munach, qui unde-  
 cies hîc præstò est, deinde quòd in tam longo Versu  
 nullum Athnach est. En itaque omnes reges duobus  
 his Versibus comprehensos, solo Schalscheleth exce-  
 pto, qui septies tantum in profaïcis libris occurrit,  
 omnesque ministros præter Merca duplex, qui 14. lo-  
 cis duntaxat servit. Schalscheleth: ut,

וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהֵי אַבְרָהָם :

Id est, *Et dixit* (Schalscheleth rex Incisum vel Semi-  
 incisum faciens) *DOMINE Deus Domini mei Abrahami,*  
*Gen. 24. v. 12.*

De Merca duplici, exemplum:

וַיִּקְרָא לָהּ נֹבַח *Et vocavit eam Nobach, Num. 32. v. 42.* ubi

Masora omnia loca, quibus invenitur, recenset.

Porro observandum, Ministros quandoque sub-  
 distinctionibus servire: ut,

הֲגַנִּי עֵנִי בִּי נֹגַד יְהוָה וְנֹגַד מִשִּׁיחוֹ :

Id est, *Ecce me, testificamini contra me coram DOMINO,*  
*& coram*

et coram uncto ejus, 1. Sam. 12. v. 3. hinc primum Munach Incisum facit, aut subdistinguit saltem:

וַיֹּאמֶר שָׂאוּל אֶל הַקִּנְיָי לְכוּ סֵרוּ רִדוּ מִתּוֹךְ עַמְלֹקִי

Id est, Et dixit Saul ad Kineum, abite, recedite, descendite in medio Amalekitarum, 1. Sam. 15. v. 6. hinc Telifcha ketanna & Kadma subdistinguant, e contrario Geresch rex nihil distinguit.

וַיִּשְׁלַח חֲזַקְיָה מֶלֶךְ יְהוּדָה אֶל מֶלֶךְ אַשּׁוּר לֵבִישָׁה לֵאמֹר חֲטָאתִי

Id est, Et misit Hiskiarex Jehuda ad regem Assur in Lashis, dicendo, Peccavi, &c. 2. Reg. 18. 14. hinc Mahpach Incisum facit, nisi quis hanc vim virgulæ sequenti rectæ, quæ Pesik dicitur, tribuat. At eadem bis illic præcedit, neque quicquam ibi distinguit. Præterea, si Pesik rex est, tum ipsius Minister hinc Mahpach est, qui tamen infra dicitur tantum regi Paschra servire.

וַיַּחְזֹר שָׂאוּל וְהָעָם עַל אַגַּג וְעַל מִיטָב הַצֵּאֵן וְהַבָּקָר וְהַמִּשְׁנֵים וְעַל הַבָּרִים

Id est, Itaque clementiâ usus Saul et populus ipse erga Agagum, et erga optimos gregum et armentorum, etiam secundarios et ovium duces, 1. Sam. 15. v. 6. hinc similiter Kadma & Mahpach subdistinguant. Summa: Reges distinguendi sententias jus universale obtinent, etsi non semper illud exercent. Præter Athnach ergo & Siluk, distinguunt & non distinguunt. Rebhiah, Sakept katon & Sægolta, qui commatis jus habent, aliâs subdistinguant, aliâs nihil distinguunt, similes ministrorum. Inde R. David Kimchi scribit Hof. 12. v. 11. אִין כָּל מַעֲמֵי פְרוּשִׁים הוֹלְכִים אַחַר מַעֲמֵי הַנִּקְטָה Non omnes sensus vel rationes expositionum, eunt post sensus punctationis, id est, non sem-

non semper accentus communiter distinguentes, sensum distinguunt. Reliqui qui subdistinctionibus se viunt, sæpè Incisum efficiunt, sæpiùs nihil ad distinctionem conferunt. Hoc comprobant Caput, quod à בְּרֵאשִׁית incipit, & quod Vetus Testamentum vocem חָרָם claudit, omniaque & singula ipsis interjecta Capita alia, ut curiosâ inquisitione non sit opus. וְתִמְצֵא Considera & invenies, ajunt Hebræi.

*Parenthesis* sive Interpositio alicujus membri, amplioris sensus causâ, etiam quædam orationis est incisio. Hujus notâ Hebræus sermo caret, at non re ipsâ, quæ prudenter in oratione ipsa animadvertenda. Sic Jobi 31. ψ. 14. & 15. parentheseos more orationi inserti sunt, ut & ψ. 18. & 30. Item ψ. 9. Psal. 49. & Psal. 50. hæc verba: *Veniat Deus noster & ne surdum agat.*

Sic fuit Regum in distinctione sententiarum potestas, unde porro *triplex* eorum effectum considerandû.

*Primo*, Literæ בְּנוּ כַפַּת post vocem vocali longâ aut literâ quiescente finitam, ac quolibet accentu regio instructam, Dagesch lene accipiunt: ut, בְּצִלְמֵנוּ בְּדִמּוֹתֵנוּ. *Ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram, Genes. 1. v. 26. וּלְאִשְׁתּוֹ בְּתִנּוֹת Et uxori ejus tunicas, Gen. 3. 21. אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת נֹחַ Iste sunt generationes Noach, Gen. 6. 9. & sic post omnes, nec ullibi Reges juris sui rigore magis utuntur, quàm in hujus legis autoritate strictè tuenda. Hic accentus Grammaticis dicitur מַפְסֵיק Maphsik, Pausans, pausam & interspirationem constituens, unde fit, ut sequentes Bgad Kphat, Dages lene recipiant, non secus ac si initium versus occuparent. At post ministros, aspiratæ semper manent, & sic quoque post Telischa ketanna: ut, וַיִּרְדּוּ בְּדִגְתַּי הַיָּם Et dominantur pi-*



scibus maris; Gen. 1. v. 26. וַיְהִי כִּהְיוּצִיִּים אִתָּם Fuitq; cum edu-  
 cerent ipsi eos, Gen. 19. v. 17. Hæc causa est vel præcipua,  
 cur Reges accentum Telischa ex suo numero exclude-  
 rint, & ad servorum ordinem ablegarint. Post Munach  
 autem si Legarme sit, (virgula scilicet recta, quæ etiam  
 Pefik vocatur) tum Dagesch lene locum habet: pausa  
 enim ista Ministri præcedentis naturam sistit, ita ut se-  
 quens litera כַּפַּי Dagesch lene recipiat: ut,  
 וְנֹאמַר לְיְהוָה וְעַתָּה פֶּן־יִשְׁלַח יְדוֹ Nunc ergo ne extendat manum suam, Ge-  
 nes. 3. 22. וַיִּשְׂאוּ צִלְהָה וְעֵשָׂו צִלְהָה Fecerunt consummationem, Gen. 18. v. 21.  
 Observandum etiam quod Tiphcha posterius, & Ath-  
 nach in Psalmis, Jobo & Proverbiis, sæpè instar mini-  
 strorum sunt, & literas כַּפַּי tunc post se aspiratas  
 ponunt.

Secundo, Pausæ majores Athnach & Silluk, commu-  
 niter producant Pathach & Sægol in Kametz.

Pathach in qualibet voce: In Nominibus; שָׁמַיִם  
 Cælum, Gen. 1. v. 8. וַיְהִי עֵרָל לַיְלָה Et inter noctem, v. 14. pro  
 שָׁמַיִם, לַיְלָה. In Pronomine; אַתָּה Tu, Gen. 12. 11. 13. In Ver-  
 bis; אָמַר Dixit, Gen. 21. 1. & sic cum Silluk, Exod. 18. 24.  
 pro אָמַר. Sic porro fit, in quibuscunque vocibus aut  
 Temporibus ubi in Pathach incidunt: ut, אֶהְבֵּתִי Dilexi,  
 Psalm. 119. v. 159. cum Silluk ibidem vers. 47. דָּמָו Silent,  
 Psalm. 35. 15. pro דָּמָו. Imperativus; שָׁבָבָה Cuba, 1. Sam.  
 3. v. 5. Futurum; אֶשְׁבָּבָה Cubabo, Job. 7. v. 21. In Parti-  
 culis; וְעַתָּה Nunc, Jos. 14. v. 11. וְחָדָר Pariter, Psal. 2. v. 2. &  
 cum Sylluk, 1. Sam. 11. 11.

Sægol penultimum in vocibus ex duplici Sægol  
 constantibus: ut, בְּחַסְדִּי Benignitas, Psal. 62. 13. pro בְּחַסְדִּי;  
 Sic; וְרֵעַ וְרֵעַ שֵׁם תְּפָאֵרֶת Nomen glorie, Jesa. 63. 14. וְרֵעַ וְרֵעַ Semen-  
 tans semen, Gen. 1. 29. כִּי־אֵשׁ אוֹכֵלֶת Sicut ignis consumens, Je-  
 sa. 30. 27. לֶכֶת Ingredi, Proverb. 15. 21. pro לֶכֶת.

Exci-

Excipiuntur utrinque per plurima, quæ omnia a Masorethis ferè notata & observata sunt. Ex Pathach: **וַיֹּאכַל**, **וַיֵּאָכֵל**, **וַיֵּאָכְלוּ** Et comedit, Gen. 3. 7. **וַיִּצְחַק** Et risit, Gen. 17. 17. ubi Masorethæ observant, esse unum ex duodecim in Genesi, quæ cum Athnach habent Pathach: **וַיֵּאָמֵר** nonagies semel servat Pathach juxta Athnach. Sic **וַיִּפֹּט** propter Pausam non mutatur. Ex Sægol; **וַיִּפֹּט** Quod decidit, Amos 9. 11. **וַיִּפֹּט** observatum est quater cum Athnach retinere Sægol. Nomen **וַיִּפֹּט** nunquam ob pausam mutatur: **וַיִּפֹּט** A pariendo, Gen. 29. v. 35. cum Silluk retinet Sægol immutatum.

Sakephkaton quandoque hoc juris sibi sumit: ut **וַיִּצְחַק** Corripiet, Exod. 15. 14. pro **וַיִּצְחַקוּ**. Sic; **וַיֹּאכַל** Comedit, Ezech. 18. 6. **וַיִּצְחַק** Terra, Deut. 32. 13. At omninò alii minores hoc præter morem & insolenter faciunt: ut **וַיִּצְחַק** Cuba, 1. Sam. 3. 9. **וַיִּצְחַק** Colligit, Jer. 17. 11. **וַיִּצְחַק** Terra, Jerem. 3. v. 8. Sic & profus irregulariter cum Ministro Darga est; **וַיִּצְחַק** Fulci, Jud. 19. 5. **וַיִּצְחַקוּ** Posuimus, Jesa. 28. 5.

Præterea Reges, copulæ I ante verba monosyllaba aut penactura, subjiciunt Kametz: ut, **וַיִּמָּוֶת** Et morietur, Gen. 44. 22. **וַיִּצֵא וַיָּבֵא** Egrediebatur & ingrediebatur, 1. Sam. 18. v. 16. **וַיִּמָּוֶת** Et resurgit, Proverb. 24. 16. **וַיִּבְאֵר** Et venesunt, Eccles. 8. 10. **וַיִּמָּוֶתוּ** Et moriar, Gen. 19. v. 19. **וַיִּמָּוֶתוּ** Et morientur omnes pecudes, Gen. 33. 13. **וַיִּמָּוֶת** Et morieris, Ezech. 28. v. 8. At cum accentu ministro; **וַיִּמָּוֶת** Et incaluit, Exod. 16. v. 21. **וַיִּבְרַח** Et habitavit, Jesa. 11. v. 6. **וַיִּבְרַח** Et aduratur, Ezech. 24. 11. Attramen in Quiescentibus secundâ videas quandoq; hîc speciales quasdam esse anomalias quæ pro loci ratione notandæ sunt. Sic & ante Pronomina: ut, **וַיִּבְרַח וַיִּבְרַח** Ego & ipse, Gen. 41. v. 11. **וַיִּבְרַח וַיִּבְרַח**

Et illi, Numer. 16. 16. וְלֹא Et non, 2. Sam. 13. 26. aliàs , וְלֹא  
וְהוּא , וְהוּא .

Tertiò, Pauſa ſæpiſſimè ad penultimam rejicitur eu-  
phonix causâ, ubi Scheva ante Affixum ך convertitur  
in Sægol, quod in Athnach & Silluk commune est: ut,  
דְּבַרְךָ Verbum tuum, יִצִּילְךָ Liberabit te. Semel tantùm, ut  
Masora notat, Scheva manet; Bonum fecisti cum ך עֲבַדְךָ  
ſervo tuo, Psalm. 119. 65. Item cum Rebhiah & Sakeph  
katon ſæpè: ut, לֶחֶמְךָ Panem tuum, Eccl. 9. 7. וְלֶחֶמְךָ Fe-  
rem. 5. 17. Sic & interdum cum regibus minoribus:  
ut, יָדְךָ Manum tuam, Deut. 21. v. 10. מִשְׁמַעֲתָךָ Obedientiam  
tuam, 1. Sam. 22. 14. עֲבָדְךָ Servus tuus, 1. Reg. 1. 26. בְּשִׂדְךָ In  
agro tuo, Deut. 24. 19. In hoc officio & minister Munach  
ſibi interdum reguli munus arrogat: ut, אֲנִי Ego, Mal. 1.  
v. 6. vide & mox infra.

Scheva in nominibus formæ ך׳ ſimiliter tranſit in  
Sægol: ut, עַל זֵלְךָ Super maxillam, 1. Reg. 22. 24. Sic;  
וַיֵּחַ Et ſuit, Pſal. 33. 9. וַיֵּחַ Et vixit, revixit.

Chateph kametz in hac forma muratur in Cholem.  
Hinc חָלִי morbus, אֲנִי afflictio, יָפִי pulchritudo, pro אֲנִי,  
חָלִי , אֲנִי & ſimilia.

Chateph pathach in Kametz: ut, אֲנִי Ego, quod ali-  
bieſt אֲנִי Zach. 8. 11.

In Pronomine ſecundæ perſonæ fit vocalium trans-  
poſitio: ut, לָךְ pro לְךָ: ſic אֲוֹתָךְ , מִפֶּךָ .

In Verbis pluralibus in ך, item in ſœmininis ſingu-  
laribus in ך vel ך׳ finitis, pro Scheva redit ea vocalis,  
quam vox ſingularis aut masculina in unoquoque  
Tempore habuit, quæ ſi fuerit Pathach, tum produci-  
tur illud in Kametz: ut in Præterito Kal פִּקְדוּ pro פִּקְדוּ  
ex פִּקְדוּ. Sic גִּבְרָוּ ex terminatione גִּבְרָךְ: Item בָּלוּ ex ter-  
minatione

minatione יכל. In tertia foeminina; פקדה pro פקדה ex פקד. In Imperativo, שמעו Audite, pro שמעו ex terminatione שמע: Sic; עמדו State, ex terminatione עמד: Foemininum, שמחי pro שמחי Latate, ex Pathach שמח. In Futuro; ידרשו Inquirent, ex ידרש, Jof. 11. 10. Sic deinceps per omnes conjugationes. Sakeph katon hic quoq; frequens: ut, קדרו Obscurati sunt, Joel. 2. 5. 10. אל תלמדו Nediscatis, Jer. 10. 2. Rarius Rebbiah: ut, וחכמו Et sapientes estote, Proverb. 8. 34. At ex rarioribus est, תפרעו Discooperiatis, Levit. 10. 6. ubi Virgula Legarme accentui Munach ministro, regiam vim addit, quod quandoq; fieri, Elias testis est in libro de Accentibus. Quandoque Scheva manet: ut, נויערו Convenerunt, Psal. 48. 5. ידכאו Conterunt, Psal. 94. 5. Nam

In libris metricis, Jobo, Psalmis & Proverbiiis, cum sententia sint breviores, alia est & accentuum & distinctionis ratio. Rebbia & Sakeph katon raro Incisum faciunt: Athnach saepius minori distinctioni inservit: saepe desideratur, & tum Tiphcha, si necesse sit, distinguit. Merca saepissimè incisum facit, Sarkâ & Rebbiâ proximè praeunte, vel uno accentu illis interjecto. Exempla passim obvia. Hinc etiam Merca vocales producit instar regis majoris: ut, א'ישן Dormiam, Psalm. 4. 10. ידברו Loquuntur, Psalm. 35. 20.

Hæc generaliter de usu Accentuum in distinguenda oratione & cognovisse & monuisse sufficiant: שמעו שפיקח ait Sapiens, Prov. 1. 5.

Complementi loco de singulorum speciali usu in libris profaicis, specialia quædam hîc attexemus.

De Ministris.

Nullus minister absque consequente Rege est.

Nunc singuli, nunc plures conjuncti, Regem certo ordine antecedunt, pro numero vocum, ac sententiæ brevioris aut longioris constitutione.

Alii commune obeunt ministerium, diversis Regibus ministrando: alii proprium habent, certo Domino astricti.

Duo ministri, Merca & Munach, seipsos interdum continuò consequuntur, celerioris cantûs, vel lectionis continuandæ causâ.

MUNACH usum præ omnibus ministris habet frequentissimum, unde I. Paralip. 28. undecies in primo versu reperitur. Servit omnibus Regibus, qui famulatio stipati incedunt, præter Tiphcha & Sylluk. Sæpius seipsum consequitur, bis, ter, septies usque: ut,

וּמָה חֲשֹׁן וּבָנֵי תוֹרֵן וְדִכְרֵן וְאַמְרֵן לְעֹרֹן לְאַלֶּה שְׂמִי

Id est, *Etiã quæ opus sunt, ut juveni & arietes & agni ad holocausta, pro Deo cali, Esræ 6. v. 9.* Interdum regiam naturam induere, paulò antè dictum est.

MAHPACH Regi Paschta tantùm servit: ut, וְהָיָה

לְאַתֶּרֶן Eruntq; in signa, Gen. I. v. 14. Aliquando Merca etiam intervenit, & quidem cum Mahpach in eadem dictione, de cujus causa vide libro I. cap. 5.

MERCA duorum Regum, Tiphcha & Silluk, præcipuè minister est: ut, בֵּין הָאוֹר תִּבֵּן הַחֹשֶׁךְ Inter lucem & inter tenebras, Gen. I. v. 4. Undecim locis ministrat regi Sarka, quod propterea peculiari notâ à Masorethis ob-

servatum est: ut, אָמַר לְבְנֵי יִשְׂרָאֵל Dicit filius Israel, Exod. 6. v. 5. reliqua loca hîc à Masorethis annotantur. Unde mendosè legitur in Elia, in explicatione Merca, quòd tredecim locis ipsi serviat, & in Sarka rursus mendosè, quòd novies. Quandoq; & Paschtae servit: vide illic: item Tebhir, vide illic.

MERCA

MERCA Kephula sive duplex similiter regi Tiphcha servit, & quatuordecim tantum vicibus occurrit, semper præcedente ministro Darga: ut, *לְפָנֵי תִפְחָה כְּהָ לְעַבְדֶּיךָ* Quare facies sic servus tuus, *Exod. 5. 14.* Vide loca omnia in Masora, Num. 32. 42.

DARGA duobus Regibus, Tebhir & Rebhiah, servit: ut, *וַיֵּרָא אֱלֹהִים* Et vidit Deus, *Gen. 1. 4.* Minus frequenter regi Rebhia, & quidem mediante Munach, ut, *לֹא בְּסֵתֶר דְּבַרְתִּי* Non in abscondito locutus sum, *Jesa. 45. v. 19.* *שְׁלֹשׁ מֵאוֹת אַמָּה* Trecentorum cubitorum, *Genes. 6. 15.* Quatuordecim locis post se habet Merca duplex, cum quo conjunctim regi Tiphcha servit, ut antè dictum. Nullos patitur ante se ministros alios, nisi Munach & Kadma: ut, *וּבֵין עֵרֶבֶךָ אַחֲרָיִךָ* Et inter semen tuum poste, *Genes. 17. 7.* *כִּי שָׁמְנוּ כֹזֵב מִחֲסֵנוּ* Quia posuimus mendacium spem nostram, *Jesa. 28. 15.*

JERACH ben-jomo servit nonnisi regi Karneparah, & id quidem duntaxat sedecim locis: sæpius enim iste rex in publicum non prodit, ut illic dicitur: ut, *בִּשְׁנַיִם אֶלְפִים נְאֻמָּה* Bis mille cubitos, *Numer. 35. v. 5.*

KADMA tribus regibus, Sarka, Geresch, Tebhir, suo servitio præstò est: hinc & alios ministros, regibus singulis familiares, post se patitur, ut Munach, Mahpach, Darga & Merca. Exempla in Regum istorum declaratione erunt.

TELISCHA Ketanna semper præit conservo Kadma, & ita conjunctâ operâ ejus regibus servit.

De Regibus.

Nullus rex absq; uno alteròve antecedente ministro est, præter tres, *Sakeph gadol*, *Jethibh* & *Schalschelet*, qui ministris carent, unde omnium minimi censentur.

Rex regem continuò sequens, aut initium Versus occupans, ministris suis privatur. Consequuntur se varii, & certam legem nullam habent: initio Versus locantur omnes, præter Sægolta & Silluk.

Sex reges, *Pafer, Pasta, Sarka, Telischa gedola, Telischa ketanna, Tebhiv*, seipfos sæpè consequuntur, moderatio- nis cantus & lectiois causâ. Elias adjicit septimum, *Legarme*, quatenus inter Reges à quibusdâ numeratur.

SILLUK uno ministro Mercâ contentus est, quem antecedit Tiphcha rex: ut, אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ *Celum & terram, Gen. 1. v. 1.* Cùm minister excluditur, tum im- mediatè Tiphcha ante se habet: ut, בְּיַד מַיִם לְמַיִם *Inter aquas & aquas, Gen. 1. v. 6.* Hoc Tiphcha quinque locis in eadem distinctione cum Silluk, Maforethæ vocant *Meajela*, quasi Tiphcha durum sive robustâ voce canendum: ut, לְהַחֲלֹץ *Ad profanandum se, Levit. 21. 4.* Re- liqua loca sunt, *Num. 15. 21. 1. Paral. 2. 53. Jesa. 8. 17. Hos. 11. v. 6.* et si quædam exemplaria Mætheg habeant.

ATHNACH unicum ministrum Munach habet, quem semper antecedit rex Tiphcha: ut, וְחָשֶׁךְ עַל פְּנֵי תְהוֹמוֹת *Et tenebræ erant in superficie abyssi, Gen. 1. v. 2.* & sic quoque versu primo debet esse, בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים *In principio creavit Deus; ubi mendosè quædam exemplaria sub Berefchit ponunt Merca.* Iteratur quandoque Munach: וְאַל תְּכַלְמֵי בְּנֵי לֹא תִחַפְּרִי *Ne confusa esto, quia non pudebit te, Jesa. 54. 4.* Quando Munach excluditur, tum Tiph- cha immediatè præcedit: ut, וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יְהִי אֹר *Di- xitq; Deus, Estolux, Gen. 2. 3.* Hoc Tiphcha Maforethæ undecim locis vocant *Meajela*, ut *Gen. 8. v. 18. Num. 28. v. 26.* ubi reliqua loca enumerantur. Porro Athnach liberam sedem in Versu quærit: nunc primam vocem tenet: ut, וַיֹּאמֶר *Et dixit, Gen. 24. 34.* וַיִּסְעוּ *Et profecti sunt, Gen. 35.*

Gen. 35. 5. hic à quibusdam vocatur סָחַפָּא : nunc penultimam à fine: וּשְׁלִשִׁים שָׁנָה וַיָּמָת Et triginta annos & mortuus est, Gen. 5. 5. nunc quamlibet in medio occupat. Nunquam duo Athnach in uno Versu sunt: absque Athnach plurimi, ut Gen. 1. 13. Deut. 32. 47. ubi notatur, tres esse versus longiusculos sine Athnach.

REBHIAH duos ministros habet, Munach & Darga: ut, וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים Et dixit Deus, Gen. 1. 11. Quando concurrunt, Munach semper regi proximus est: ut, אֱלֹהִים פָּקֹד אתכם Et Deus visitando visitabit vos, Gen. 50. 24. sic & antea in Darga. Sæpè ante Munach sunt Kadma & Asla: ut, בְּדֹגַת הַיָּם וּבְעוֹף הַשָּׁמַיִם In pisces maris & volucres cæli, Gen. 1. v. 26. Hic Munach etiam excluditur: ut, וַיֹּאמֶר לָהֶם אֱלֹהִים ibid. v. 28. Quinquies juxta Masorethas, in eandem dictionem ipsi conjungitur: ut, אַל תַּעֲצִבוּ Ne cruciemini, Genes. 45. v. 5. reliqua loca sunt, Exod. 32. 31. Eccl. 4. 10. Dan. 1. 7. Zach. 7. 14.

SAKEPH Katon ministrum unicum Munach habet, antecedente ipsum Paschtâ si locus sit: ut, אֲשֶׁר נִתְחַת Quæ sunt sub expanso illo, Gen. 1. 7. Hic Munach sæpè excluditur: ut, תְּהוֹ וְבָהוּ Gen. 1. v. 2. Sæpè eandem dictionem occupant, & tum Munach extrudit euphonicum Metheg ejusq; locum subit, ut lib. 1. cap. 5. dictum: ut, וַיְהִי אָדָם Et Adamus, Gen. 4. 1. Si Munach sit in prima vocis syllaba, tunc vocatur à Masorethis Mecarbel, aliâs Hillui, habet etiam quandoque ante se Kadma in eadem voce, de quo vide lib. 1. cap. 5.

SAKEPH gadol per se regis honore indignus, ob



fratris Sakeph katon gratiam in numerum regum ascitus est. Caret enim ministro, quòd vel initium versus occupet: ut, וַיֹּאמֶר *Et dixit*, Gen. 3. 10. vel regem, communiter Sakeph katon & Athnach, continuò sequatur. De Sakeph katon & Athnach passim obvium. Quandoque post alium, veluti Sægolta, *Josue* 1. v. 14. 2. *Sam.* 5. v. 20. vel seipsum consequitur, ut *Jos.* 1. v. 14. *Exod.* 39. 32. 1. *Reg.* 19. 4.

SÆGOLTA ministrum Munach habet, semper antecedente rege Sarka: ut, וּמִפְרֵי הָעֵץ אֲשֶׁר בְּתוֹךְ הַגֵּן *At de fructu arboris, quæ est in medio horti*, Genes. 3. 3. Iteratur & Munach: ut, וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים ' אֶל-הַחַיָּה בְּנֵי עֲלִיָּת, וַיֹּאמֶר *Dixitq̄ Dominus Deus ad serpentem, Quia fecisti hoc*, Genes. 3. v. 14. Sæpissimè tamen ministro privatus, regis Sarka vestigia proximè sequitur: ut, וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים *Et fecit Deus expansum*, Genes. 1. v. 7. Elias unicum locum excipit, ubi post Sarka nullum Sægolta sequitur, nempe *Jesa.* 45. v. 1. Ego alterum observavi, *Jud.* 20. v. 23. in Bibliis magnis: sed meliores libri habent Sægolta.

SARKA cum tribus ministris præcipuè incedit, proximus ipsi semper est Munach, alter Kadma, tertius Telischa ketanna, qui nunc singuli nunc conjuncti ipsum antecedunt: ut, וּמִפְרֵי הָעֵץ *Et de fructu arboris*, Genes. 3. v. 3. וַיִּט מֹשֶׁה אֶת-מִטְּחוֹ *Et extendit Moses baculum suum*, *Exod.* 9. 23. וַיֵּצֵא בְנֵימִן ' לְקִרְאָתָם מִן-הַגִּבְעָה *Et egressus est Benjamin in occursum ipsorum ex Gibha*, *Jud.* 20. v. 25. In longiore membro ante Telischa rursus est Munach: ut, הִנְנִי עֹמֵד לְפָנֶיךָ שֵׁם ' עַל-הַצּוּר בְּחָרֶב, *Ecce ego sto coram te ibi su-*

ibi super illam rupem in Choreb, Exod. 17. v. 6. Undecies  
 juxta Masorethas, etiam Merca ipsi ministrat: ut  
 אֵל־הַנְּחֹשׁ וַיֹּאמֶר יְהוָה אֱלֹהִים ' Et dixit Dominus Deus ad se-  
 pentem, Genes. 3. vers. 14. Tribus locis, juxta Masoram  
 Kadma & Merca in eadem voce conjunguntur: ut  
 אִם יֵצְאוּ בְּנוֹת שִׁילֹה Si egressæ fuerint filie Schilo, Jud. 21. 21.  
 Kadma, qui à præcedente voce monosyllaba rejectus  
 extrusit in sequenti euphonicum Metheg: & locum il-  
 lius subiit, ut diximus quoq; libro 1. capite 5. Alte-  
 rum est Nehem. 12. פ. 44. Tertium Levit. 10. פ. 12. ubi  
 Biblia magna, juxta hanc masoram mendosa sunt. Re-  
 ètè habet editio Anni 1518. in quarto. Quandoq; duo  
 Munach ante Sarka sunt, ut Levit. 4. פ. 35. Quandoq;  
 Sarka se consequitur, ut Jud. 18. 14. 2. Reg. 7. 13. & alibi.

GERESCH tres habet ministros, Kadma, (qui ple-  
 runque proximus est) Telischa & Munach: ut, וְיָרוּ  
 בְּדִבַּת הַיָּם Congregentur aque, Genes. 1. v. 9. וְיָשֹׁב  
 אֱלֹהִים Et dominantur piscibus maris, Genes. 1. v. 26. וַיַּעַשׂ  
 אֱת חַיֵּי הָאָרֶץ Et fecit Deus bestias terra, ibid. v. 25. Si Mu-  
 nach ei proximus sit, debet esse sub prima vocis suæ li-  
 tera: ut, אֶת כְּדֹר־לָעֹמֶר Kedorlaomerum, Gen. 14. v. 9. וְיֵלְכוּ  
 Jesa. 60. v. 17. Porro quando Kadma in voce præce-  
 dente esse non potest, occupat eandem dictionem cum  
 Geresch, extruso illic euphónico Mætheg, ut & lib. 1.  
 capite quinto dictum est: ut, וַיֵּלְכוּ Et iverunt, Num. 33. 8.

GERASCHAJIM ministro caret, præterquam in vo-  
 ce monosyllaba aut penacuta præcedente, in qua mi-  
 nistrat ipsi Munach: ut, אֶץ פְּרִי Arbor fructus, Gen. 1. 11.  
 וַיִּקְבְּרוּ אֵת אֲבֹתָם Illic sepeliverunt, Gen. 49. 31. PASCHT

PASCHTA præ omnib. regibus famulatio dives est, quinq; ipsi ministris fervientibus, Munach, Mahpach, Merca, Kadma, Telischa ketanna. Elias sex facit; sextus autem esset Darga, at exemplum non vidi. Familiarissimi omnium ipsi sunt Mahpach & Merca. In voce naturâ penacutâ, geminatur, ut dictum libro primo, capite quinto. Nunc singuli, nunc conjuncti ipsi servitium præstant: ut, וְהָאָרֶץ הָיְתָה תְּהוֹ וְהָאָרֶץ הָיְתָה תְּהוֹ Terra autem erat res inanis, Gen. 1. v. 2. וַיִּקְרָא אֱלֹהִים ' לְאוֹר Et vocavit Deus lucem, ibid. vers. 5. הִנְנִי מְבִיא אֶת הַמַּבּוּל מִיָּם Ecce ego adduco diluivium aquarum, Gen. 6. v. 17. וַיִּשְׁלַח חֹזְקִיהָ מֶלֶךְ יְהוּדָה Et misit Huskija rex Jehuda ad regem Assyria in Lachis, dicendo, Peccavi, 2. Reg. 18. v. 14. Ordo ministrorum, Munach unum, vel plures, Telischa, Kadma, Mahpach vel Merca, Paschta. Cæterum post Paschta semper est Sakeph katon vel immediate vel mediante ministro Munach: ut, אִם-אִישׁ אִם-אִישׁ Si vir Dei ego sum, descendat ignis de caelo, 2. Reg. 1. v. 12. Rarò aliter est, sequente Rebhia, ut 2. Reg. 11. 13. Esth. 7. 8. Sæpè se consequitur: ut, בֵּין הַמַּיִם אֲשֶׁר מִתַּחַת לְרִקְעַי Inter aquas, quæ sunt sub expanso illo, Gen. 1. v. 7.

PASER unicum tantum ministrum Mnnach habet: ut, וַתֵּרָא הָאִשָּׁה וַתֵּרָא וַתֵּרָא Viditq; mulier illa, Gen. 3. v. 7. Sæpius se consequitur, bis, ter, septies usque: ut, וַיְבָרֶהוּ בֶן וַיְעֻזְאֵל וְשִׁמְרֹת וַיְחֻזְאֵל ' וַעֲנִי אֶלְיָאָב וּבְנֵיהוּ וּמַעֲשֵׂיהוּ que omnia nomina propria sunt, 1. Paral. 15. v. 18. vide & 1. Par. 16. 5. SCHALSCHALETH initium Versus semper occupat, ideoq; ministro caret. Elias scribit, quòd post se semper ha-

per habeat pausulam Pefik, fufpirii fcilicet vel exigue  
 refpirationis notam, ob vocem in cantu finuofa flexa  
 (juxta figuram ejus) elevatam. Inde & à Maforeth  
 vocatur מרעים *Tonans*, à ftrepero & fragofa fono. See  
 Genef. 19. verf. 16. nota Maforetharum eft, Pefik pol  
 Schalfcheleth locum non habere, ideoque errare eos,  
 qui id ibi ponant. Error autem ifte venit ex ufu ejus  
 in libris tribus metricis, in quibus nunc minifter eft,  
 nunc rex, & regi quidem, Pefik apponi illic folet di  
 ftinctionis caufâ, unde putant, in libris profaïcis eo  
 dem modo ufurpari debere, in quo errant. Nam Schal  
 fcheleth illic femper rex eft, & regi Pefik in illis libris  
 fubjici non folet. Septies tantum in libris profaïcis re  
 peritur: ut, וַיִּתְמַהֲמַה Et cunctabatur, Gen. 16. 16. reliqua  
 loca funt, Gen. 24. 12. & 39. 8. Levit. 8. 23. Efr. 5. v. 15. Je  
 fa. 13. 8. Amos I. v. 2.

TELISCHA gedola unicum Miniftrum Munach ha  
 bet à bis ad fexies iteratum: ut, אֶל־הַמַּחֲלָה עָלֶיהָ עַל־שִׁפְתָיו  
 אֶל־עַץ־מַאֲכָל מַיִם וּמִיָּה Ad flumen autem affurgunt in ripa  
 ejus hinc & inde omnes arbores efculenti fructus, Ezech. 47.  
 v. 12. Quidam notant fe confequi in hoc loco; בָּא הַמֶּלֶךְ  
 וְאֶשְׁלַחָה Veni huc & mittam te, 2. Sam. 14. v. 32. fed illic ho  
 diè libri variant.

KARNE-PARAH miniftrios duos habet, proximum  
 Jærach-ben-jomo, alterum Munach, quinquies usque  
 repetitum. Tonum Musicum habet ut Pafef, unde à  
 Maforethis quandoque vocatur *Pafef gadol*. Sedecim  
 locis tantum reperitur, (unde mendose in Elia legitur  
 17.) in libris profaïcis: ut, אֶת־פְּאֵת־קִדְמָה אֶל־פְּיִים בְּאַפְּהָה  
 Ad plagam orientalem bis mille cubitos, Num. 35. v. 5. Reliqua  
 loca

loca sunt, *Jos.* 19. v. 51. 2. *Sam.* 4. v. 2. 2. *Reg.* 10. 5. 1. *Par.* 28. 1. 2. *Par.* 24. 5. & 35. 7. *Esr.* 6. v. 9. *Neh.* 1.6. & 5.13. & 13. 5. & *vers.* 15. *ibid.* *Esth.* 7. v. 9. *Jer.* 13. 13. & 38. 25. *Ezech.* 48. 21.

TIPHCHA ministrum Merca habet, quo solo contentus est, etsi longè lateque dominetur: nullus enim Versus in universis Bibliis absque eo reperitur, & in plerisque bis residet: ut, אֶת הַשָּׁמַיִם *Cælum*, *Gen.* 1. v. 1. Octo locis sibi Merca in eadem dictione adjunctum habet, ob causam quæ jam antè in aliis exposita est: ut, מִשְׁכַּנְתֵּיכֶם *Habitattonibus vestris*, *Levit.* 23. 21. reliqua loca à Masorethis hîc annotantur. Quatuordecim locis ante se habet Merca kephula sive duplex, ut in Merca dictum. Tiphcha regio accentus Silluk & Athnach semper præcedit, ut in illorum explicatione dictum: ergo in quocunq; Versu Athnach est, in eo duo Tiphcha sunt, excepto quando Athnach vel primam vel penultimam versus dictionem occupat:

TEBHIR famulatio cum Paschta certat. Totidem enim ministros habet, & quidem proximum Merca vel Darga, inde Munach vel Kadma, deniq; Telischa ketanna. Post Darga requiruntur semper duæ syllabæ, unde vel penultimam vocis præcedentis occupat, aut Tebhit requirit vocem polysyllabam: ut, וַיִּקְרָא הָאָדָם *Et vocavit Adam*, *Gen.* 3. v. 21. וְלֵאדָם וְלֵאשֶׁתוֹ *Adamo & uxori ejus*, *ibid.* v. 22. וַיְבָרֶךְ אֹתָם *Et benedixit illis*, *Gen.* 1. v. 22. At si Pesik intercesserit, tunc una syllabâ sufficit: ut, וְיִטַּל הַפֶּטֶל *Circumcidendo circumcidetur*, *Gen.* 17. v. 13. Invenias tamen & sine Pesik: ut, הָיָו יְהִי *Essendo erit*, *Genes.* 18. v. 18. Elias notat ex Masora, quindecim talia esse, sed Masora id ad hunc locum non vult. Merca ultimam syllabam occupat, quidquid tandem inter-

cesserit:

cesserit : ut, **וַתֵּן אֶתֶם** *Et pasuit illa*, Gen. 1. v. 17. Aliquando in eadem voce ipsi conjungitur, extruso scilicet Et phonico Metheg, ut jam antè in aliis quibusdam notatum est : ut, **יִשְׁתָּרְגוּ** *Implicabuntur*, Thren. 1. 14. **וְעַל הַשָּׁמַיִם** *Etiam ex volucris cali*, Gen. 7. 13. **וְעַל רֹאשׁ בַּיִת אֲבוֹתָם** *Quodq; caput domus paterna ipsorum*, Jos. 22. 14. Tertius semper Telischa est, quem si alius antecesserit, erit Muehach : **כָּל הַבָּא אֶל הַפֶּקוּם אֲשֶׁר נָפַל שָׁם עִשָּׂה אֵל** *Quisq; veniebat ad locum illum ubi cadebat Hasael*, 2. Sam. 2. v. 23. Semper post se habet Tiphcha cum suo ministro Merca, aut immediatè, si Merca excludatur : ut, **וְאֲשֶׁר צִוָּה אֱלֹהִים** *Sicut praecepit Deus*, Gen. 7. 9. **וְשִׁלְשֶׁת נָשִׁים בְּנֵי אֶתֶם** *Et tres uxores filiorum ejus cum ipsis*, Gen. 7. v. 13.

JETHIBH ministro caret. Undecim locis ipsemet quasi minister est regis Paschta : ut, **אוּ בְנֵי־לֵוִי** *Aut cadaver*, Levit. 5. v. 2. ubi reliqua loca à Masorethis annotantur : appellatur autem ab illis **טַעַם לְאֶחָזוֹר** : Quandoq; etiam regis Sakeph katon minister est : ut, **וְלֵבִי בְנֵי זֶלְפָּחָה** *Hi sunt filii Silpa*, Gen. 46. 19. sic v. 23. 26.

Hic ministrorum & regum, communis & usitatus est, per libros Biblicos profaicos, processus atque comitatus, nunc augustior & celebrior, nunc minoris pompæ & contractior, nullâ perpetuâ lege circumscriptus, sed pro vocum numero, & membrorum commoditate, totiusque sententiæ ratione, mirâ varietate temperatus.



## TRACTATUS BREVIS

de

## PROSODIA METRICA.

**OP**IOSE & sufficienter, pro instituti nostri ratione, solutæ orationis modos duobus libris præcedentibus explicavimus. Nunc ligatæ quoque certoque metro ac syllabarum numero conclusæ orationis formam, hîc breviter subnectemus, ne quid ad plenam hujus Linguae tractationem Grammaticam studiosi requirant. Non tantum enim prosaicè, ut loquuntur, sed & metricè aliquot Veteris Testamenti libri, ut Jobi, Psalmorum, Pro-Verborum & alii quidam, scripti leguntur, item Sanctorum quædam Cantica, ut Israelitarum, Exo. 15. Mosi, Deuter. 32. Deborahæ & Barak, Jud. 5. Hannæ, 1. Sam. 2. Habacuci, Hab. 3. & alia. Quippe placuit Deo, quandoque solutâ simplici que oratione, suam voluntatem hominibus per homines sanctos & prophetas aperire, quandoque numerosâ & concisâ, quæ brevitate suâ ingens præstaret memoriæ subsidium, & piâ modulatione (quæ ad eam ferè accedebat) ad animos ardenti pietatis studio afficiendos, adminiculum suppeditaret efficacissimum. Unde de poëseos antiquitate non est quod quisquam quærat, quum nihil ipso Verbo Dei scriptis comprehenso, cum quo poësis fuit publicata, nihil nobis sit antiquius. Neq; tamen tunc primum fuit nata, quippe cum ipso sermone populari orta, & ut Aristoteles loquitur in Poëtica, *elocutioni*

*tionem jam constituta, natura ipsa mox proprium adinvenit me-  
 trum, sed usus ejus præclaro exercitio confirmatus, & a  
 Dei laudibus consecratus. Esse autem quædam scriptura  
 Biblica poetica, præter omnes Hebræos, etiam in Latina  
 Ecclesia Hieronymus, Christianorum omnium fere  
 temporis Hebraicè doctissimus, in Prologo in Jobum  
 testatur, dum scribit: *A principio voluminis, usq; ad Verba Jeremiæ  
 tibi, quæ tertio capite incipiunt, apud Hebræos prosa oratio est, inde  
 usq; ad versum septimum capitis ultimi hexametri Versus sunt  
 dactylo spondeoq; currentes, & propter lingue idioma crebro reci-  
 pientes & alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem  
 temporum. Interdum quoq; rhythmus ipse dulcis & tinnulus fru-  
 tur numeris pedum solutis, quod metrici magis, quàm simplex  
 lector, intelligunt. A supradicto autem versu usq; ad finem libri  
 parvum comma quod remanet, prosa oratione contextitur. Quod  
 si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos, & a  
 more nostri Flacci, Græciq; Pindari, & Alcei, & Sappho, & a  
 Psalterium vel Lamentationes Jeremiæ, vel omnia ferme scrip-  
 pturarum cantica comprehendere, legat Philonem, Josephum, Origenem,  
 Casariensem Eusebium, & eorum testimonio, me verum  
 dicere comprobabit. Hæc ille. Josephus in fine libri se-  
 cundi Antiq. Jud. de Cantico Moysis & Israelitarum  
 scribit: *Moses carmen, laudes Dei, & ob præsentem favorem  
 gratiarum actiones continens, hexametro versu composuit. Præ-  
 ter hæc idem non obscure demonstrant, ipsum genus  
 orationis ab omnibus aliis libris diversum, conciliatum  
 scilicet & brevibus membris conclusum, sublime, al-  
 legoricum, hyperbolicum, & quibuslibet figurarum  
 luminibus illustre, quale fere poeticum in omnibus  
 linguis esse solet. Denique accentuum specialis inli-  
 bris istis & Canticis usus id evidenter evincit. Sunt  
 enim ad metron & cantum ita accommodati, ut mo-***



dulationem & numerum poëticum singulari artificio olim regerent, qua in re sanctam Hebræorum antiquitatem, optime exercitatum fuisse credendum. Sed cum metri sacri modus numerusque artificiosus, post Prophetarum tempora paulatim negligi cœperit, ac tandem, decreſcente magis magisque priſcâ Hebræorum ſapientiâ, heu pudenda nimis apud eos oblivione ſit deletus, nos pauca tantum de eo in genere dicemus, ac metricæ orationis popularis rationem ſolidius & perfectius explicabimus.

*Oratio metrica eſt, quæ perpetuis certi numeri poëticis legibus aſtringitur.* Hebraicè dicitur שיר vel שירה *Canticum*, & ſic Verbum שירר *Cecinit, Verſus dixit*, ut & apud Latinos Poëtæ dicuntur *Canere*, quando carmine res deſcribunt, ut in illo: *Arma virumq; cano.* משורר *Cantor*, verſus dicens, Carminis author. A Davide etiam Carmen vocatur משל *Parabola*, חידה *Aenigma*, Pſal. 49. 5. & ſic ab Aſapho, Pſal. 78. v. 2. à genere diſtionis parabolico & allegorico. Poſteriores Rabbini dixerunt פיוט *Poëma*, פיוט *Poëta*, Græcorum vocem ποιητής in ſuam ſeclentes.

Numerus poëticus eſt vel *Metrum* vel *Rhythmus*.

*Metrum* eſt, quod vel certum ſyllabarum *numerum* tantum, vel certæ menſuræ *pedes* certis locis collocatos ſimul continet.

Partes ejus duæ ſunt, quæ Latinis Græcorum voce *Hemiſtichia* dicuntur, conjunctim autem *Diſtichon* efficiunt. Prius Hemiſtichium Hebræis dicitur דלת vel דלת *Oſtium*, introitus, ingreſſus metri: poſterius סגור *Clauſura*, concluſio metri. Hæ conjunctæ, ſive totum Diſtichon, vocatur בית *Domus*, quaſi perfecta metri ſtructura ædificiumque abſolutum. Hinc porro vocant

פְּסוּקַיט pauciora quàm decem complectens metra  
sive disticha, & שְׁרֵה quod decem ac plura continet.

Metrum certo ac solo syllabarum numero constans,  
juxta R. Mosche Schem tobh, aliosq; Hebræos poëma  
sacrum est, Jobi, Psalmorum, ac Proverbiorum libris  
maximè, tum etiam aliquot Sanctorum Canticis, de-  
scriptum. Hic verò pro ratione sententiæ, vel unico  
versu metrum absolvitur, aut duobus hemistichiis, aut  
etiam tertio, quartove additis, ita ut vel tristichon aut  
tetraastichon unus פְּסוּקַיט sive versus comprehendat.

Utrumque hemistichium vel pari syllabarum nu-  
mero constat, vel alterutrum numero excedit.

Pari numero conveniunt :

כִּי לֹא סָגַר דַּלְתֵי בִטְנִי חִסְתָּר עֵמֶל מַעֲיִנִי :

Quoniam non clausit fores uteri mei; nec abscondit  
molestiam ab oculis meis, Job. 3. v. 10.

הִנֵּה זֹאת חִקְרֵנוּהָ כֵן הִיא שָׁמְעָנָה וְאַתָּה רַע לָד :

Ecce hoc investigavimus, & sic est: audi illud, & tu  
scito tibi, Job. 5. 27.

שָׁמַע בְּנֵי מוֹסֵר אָבִיךָ וְאַל תִּטּוֹשׁ תּוֹרַת אִמְךָ :

Audi fili mi disciplinam patristui: & ne dimittas le-  
gem matris tuæ, Proverb. 1. v. 8.

אִגַּר בְּקִיץ בּוֹן מִשְׁכּוֹל נָרַס בְּקִצִּיר בֶּן מִבִּישׁ :

Congerit in æstate filius intelligens: somno sopitus  
est in messe filius pudefaciens, Prov. 10. 5.

קְרֵאתִיךָ הוֹשִׁיעֵנִי וְאַשְׁמְרָה עֲדוֹתֶיךָ :

Invoco te, serva me: & observabo testimonia tua,  
Psalm. 119. v. 146.

עשה משפט לעשוקים  
נתן לחם לרעבים  
יהיה מתור אסורים :

Qui exercet iudicium erga oppressos, Dat cibum fame-  
licis, DOMINUS solvit vinctos, Psalm. 146. v. 6. &  
& sic plurima.

Excedentis numeri, quando scilicet alterum he-  
mistichium plures syllabas habet, alterum pauciores,  
exempla infinita sunt, & sic ferè Cantica omnia sacra  
descripta extant, in quibus aut excedens numerus gra-  
tâ modulationis celeritate absorbetur, aut deficiens  
suavi vocis variatione minuritioneve quadam com-  
pletur & perficitur.

Rhythmus curatus non aliter fuit, quàm qui sua  
sponte prodiret, & fortuitò incideret, non autem stu-  
dio elaborato videretur accersitus, quod non rarò  
etiam, Davidi imprimis, accidisse animadvertimus,  
quo nomine Hieronymum antea dicentem audivi-  
mus, rhythmum quandoquetinnulum audiri, ut;

הָאֲנֹכִי לְאָדָם שִׁחָהּ וְאִם מְדוּעַ לֹא תִקְצַר רוּחִי :

Nunquid ego ad hominem sermonem meum?  
quod si, quare non angustiis afficietur spiritus meus?  
Job. 21. 4.

שֶׁלַח מֶלֶךְ וַיְתִירָהוּ מִשַׁל עַמִּים וַיַּפְתָּחֵהוּ :  
שָׁמוּ אֲדוֹן לְבֵיתוֹ וּמִשַׁל בְּכָל-קִנְיָנוֹ :

Misit rex & expedit eum: dominator populo-  
rum, & solvit eum: Præposuit eum dominum domui  
sue: & dominatorem in totam possessionem suam,  
Psalm. 105. v. 20, 21.

לראות בטובת בחוריך  
 לשמח בשמחת גויך  
 להתחלל עם נחלתך :

Ut fruar bono electorum tuorum, Ut læter lætitiâ gentis tuæ, ut glorier cum possessione tuâ, Pl. 106. 5.

אל תתחר במרעים אל תקנא ברשעים

Ne effervescas propter maleficos: ne invideto improbis, Prov. 24. 19. & similia.

Si quæ alia dimensionis ratio in hac poësi fuit, quam fortassè occulta accentuum dispositio indicârit, ea inde à prisca illa vetustate cum sapientibus Hebræis in oblivione sepulta jacet. Fuerit ergo hæc quasi infantia quædam poëseos istius sacræ, solo syllabarum numero circumscripta, quam popularis usus suavitate Rhythmî & accuratiore dimensione expolivit. Sic sanè & in aliis quibuslibet gentibus animadvertum est, primitivam poësin sine ulla longarum vel brevium dimensione, solo rhythmô definitam fuisse. Unde Quintilianus lib. 9. c. 4. scribit, *rhythmum aurium mensurâ, & similita decurrentium spatiorum observatione esse generatum, mox in eo repertos esse pedes. Antè enim carmen ortum est, quàm observatio carminis: indeque illud,*

----- Fauni vatesq; canebant.

Quare יַעֲמֹל לְרוּחַ in ventum laborabit, ( ut loquitur Koheleth 5. 15. ) qui in his penitùs perscrutandis, operam ulteriùs impendet, consequeturque id, quod Rabbi Akibha cuidam anxie laboranti, sed parum proficienti, respondit, ut legitur in Bava Kama, fol. 95. צָלַלְתָּ בְּמַיִם אֲדוּרִים וְהָעֵלִיתָ חָרָס בְּיָדְךָ Demisisti te in profundum aquarum validarum, & eduxisti testam manu tuâ.

Metri altera species est, quæ *pedum* aptè disposito-  
rum certâ dimensione constat, qualis populari usu ma-  
gis exculta fuit.

Pes est dimensio certis syllabarum temporibus defi-  
nita: estque *monosyllabus* aut *bisyllabus*.

Monosyllabus dicitur תנועה, id est, *Motio*, syllaba  
scilicet justo tempore mota & prolata, hoc est, longa,  
quam *semispondeum* appellare possumus. Hunc pariter  
efficiunt quinque longæ & quinque breves vocales:  
ut, אָ, אֵ, אִ. Si continuò repetatur, Latinis dicitur  
*spondeus*, Hebræis שתִּי תנועות *due motiones*: ut, סִפֵּר.  
Quod si Tenuah vel Syllaba longa adhuc accesserit, fit  
*Molossus*: ut, כִּפִּים.

Bisyllabus dicitur זִתֵּד, id est, *Clavus*, quasi obtusam  
& acutam habens, hoc est, primam, brevem, & alteram  
longam, qualem Latini *Jambum* vocant. Hunc con-  
stituunt vocales brevissimæ quatuor, Scheva simplex  
mobile, Chatephpathach, Chateph sægol, Chateph  
kametz: ut, פָּרִי, חֲצִי, עֲלִי, עֲנִי, שִׁמְעֵ, בְּכַל. Si adda-  
tur ipsi semispondeus à fine, fit qui Latinis dicitur *Ba-  
chius*, ex prima brevi, & duabus longis: ut, חֲמִירִים  
אֲמוּנִים עֲבָדִים מַלְכִים. Quòd si ab initio adjungatur sylla-  
ba longa, fit *Amphimacer* sive *Creticus*, ex prima longa,  
mediâ brevi, ultimâ longâ: ut, עֲבָרָה, sed hic rarissimè  
usurpatur, ut inter carminum genera apparebit. Plures  
pedes Hebraica poësis non habet, unde Trochæo uti  
caveas. Nam Scheva post vocales longas pro muto  
habetur, si eo ad jambum opus non habeas, ut mox de-  
clarabitur.

Porro in brevis syllabæ constitutione, negotium  
omnium maximum est, unde ulterius explicanda. Ergo  
Schurek in litera ׀ initio dictionis non sequente  
Scheva,

Scheva, breve est: ut, וְנִי, וְמִהּ, Jambus: וּפִיךְ Bachius,  
Schurek enim hîc est loco Scheva, & ita eandem quan-  
titatem retinet, ut in hoc carmine.

- - - - -

|                |                |             |
|----------------|----------------|-------------|
| וּמְרִשׁוֹת    | וְהוֹד מֶלֶךְ  | בְּרַחֲמֵי  |
| דְּרוֹשׁ צְדָק | וּבִקֵּשׁ לָךְ | נְבוֹחֵהָ : |

*A potestate & majestate regis fuge,  
Sectare justitiam, & require tibi rectum.*

Hic וְנִי Jambus est, æquè ut in altero, דְּרוֹשׁ: item  
וּבִקֵּשׁ idem est cum וְהוֹד. At si hoc ו post se habeat Sche-  
va, tunc loco Chirek ponitur ( ut libro 2. cap. 21. tradi-  
dimus ) ac proinde constituit syllabam longam, sicut  
ipsum Chirek, ut in Eliæ Cantico 6.

- - - - -

|                    |                    |
|--------------------|--------------------|
| וְשִׁמוֹ שֵׁנָא    | אֶהְיֶה מְשָׁרְתָא |
| וּלְכֹךְ נִבְרָא : | אֶל-כָּל-בָּלָם    |

*Unus est minister omnium illorum.  
Cujus nomen Scheva, ideo creatus.*

Observandum præterea de vocalibus brevissimis:  
*Primò*, ab initio dictionis semper adhibentur ad  
constitutionem Jambî, neque Scheva unquam absor-  
bere illic licet.

*Secundò*, in media dictione usus ipsarum planè liber  
est: Volo dicere, Scheva post vocalem longam per se  
mobile, hîc potest esse quiescens, si syllabâ brevi opus  
non habeas: Scheva post vocalem brevem per se quie-  
scens, hîc mobile fieri potest, si syllaba brevis tibi ne-  
cessaria sit. Deinde Scheva compositum, quod per se  
semper mobile est, hîc in simplex & quiescens resolvi

potest, aut saltem pro eo sumi, si necesse sit, ut videre est  
in sequentibus :

אֲדוֹן עוֹלָם אֲשֶׁר מֶלֶךְ בְּטָרִם בַּל יִצִּיר נִקְרָא :  
לְעֵת נַעֲשֶׂה בְּחַפְצוֹ כֹּל אֲזִי מֶלֶךְ שְׁמוֹ נִקְרָא :  
וְאַחֲרֵי כֵּן כְּלוּת הַכֹּל לְבָדוֹ וּמְלוּךְ נִקְרָא :

*Dominus mundi, qui regnavit antequam ulla crea-  
tura esset,*

*Quo tempore factum est per voluntatem ejus omne,  
tunc Rex nomen ejus vocatum est,*

*Et postquam absolvit omnia, ipse solus regnat reve-  
rendus.*

Hic in secundo hexametro נַעֲשֶׂה spondeum facit,  
ut in primo עוֹלָם. In tertio וְאַחֲרֵי Jambum constituit,  
ut in secundo לְעֵת. In eodem, in vocibus כְּלוּת וּמְלוּךְ  
Scheva, quod aliàs quiesceret in prosa, trahitur ad con-  
stitutionem jambi. Sic R. Chai in celebri isto carmine  
moralis, quod vocat מוֹסֵר הַשָּׂכֵל בְּמַלְיָצָה ut,

מְלֵאכְתֶּךָ תְּהִיָּה בְּאֵמֶת נְכוֹנָה  
וּמְאֻזְנָךְ בְּצֶדֶק וְאִמּוּנִים :

*Opus tuum esto in veritate rectum,  
Et statera tua sit in justitia & fidelitate.*

Hic Scheva in תְּהִיָּה fit mobile, & in מְאֻזְנָךְ quiescens:  
Chateph sægol autem in בְּאֵמֶת quiescens, ac si esset scri-  
ptum בְּאֵמֶת. Item in eodem Carmine:

תְּהִי נֶאֱזָנֵךְ אֵלֶּי חֲכָמִים  
וְעִנְיָךְ תִּתְּאוֹסֵף מֵהֶם לְשָׁמַיִם

*Esto*

*Esto auris tua attenta ad os sapientum,  
Et oculus tuus colligat ab ipsis topazios.*

En Scheva post Tzere quiescens.

בְּכִסֵּךְ אֵל תִּקְנָא בְּחִבְרֵךְ

*In crumena tua ne invideas sodali tuo.*

Hic Scheva post Chirek longum fit quiescens, Elias Cantico 8. eodem carminis genere scribit:

חֹזֵק וְאַמֵּץ בְּנֵי וְלִמְד וְזִמֵּר זֶרֶה  
מִפֶּרֶשׁ רֵין מְשֶׁרֶת לְמַלְכִים

*Confortare & roborare, fili mi, & discite Canticum hoc,  
Exponens iudicium ministri regum.*

En Chatephsægol pro Scheva quiescente usurpatum in וְאַמֵּץ: Schurek cum Scheva quiescente syllabam longam constituit in וְלִמְד: Scheva quiescens, mobile factum in לְמַלְכִים & sic in probatissimis quibusque Carminibus invenitur.

Tertio, gemini in media voce Scheva posterius semper syllabam brevem constituet, ut in וְזִצְאֵל. Vitiosum nimis est, si posterius pronunciatione etiam absorbeatur, ut à quibusdam Cantoribus factum legitur. Posterius enim syllabam semper inchoat, ac proinde eodem modo se illic habet, ut in principio dictionis.

Quarto, Scheva sub litera dagessata, syllabam brevem efficiet: ut, in וְתִהֵי, הַדְּבָרִים, in quo similiter quandoque poëtae peccasse deprehenduntur. Attamen cum Dagesch in prosa oratione ex litera Schevata sæpè excidat, eodem jure Elias in metro quoque utitur, & Dagesch ejecto Scheva facit quiescens, ut Cantico 12. וְהִטְעַמְתִּים, לְהַמְלִיכִים utitur.



*Sic sunt Pedes, & eorum mensura.*

*Rhythmus* est numerus poëticus, certum syllabarum numerum certis clausulis terminatum continens, qui Hebræis dicitur חֵרוֹן vel חֵירוֹן, & inde שִׁיר חֵרוֹן *Carmen rhythmicum*. Hunc numerum ut in omnium gentium & nationum sermone ipsa natura generavit, & quidem vel *ἐκ τῶν αὐτοχρονισμῶν* (ut Aristoteles in Poëtica loquitur) ex ipsis extemporariis & sponte se profundentibus loquendi modis: ita & in gente Hebræa antiquissimus habetur. Unde R. Mosche Schemthobh, ex celebri familia Chabhibh, quæ in Hispania aliquando floruit, oriundus, scribit in libello מַרְפָּא לְשׁוֹן *Marpe lasihon*, se in longinquis peregrinationibus suis vidisse in magno monte aliquo lapidem sepulchralem Amasiæ regis Judæorum, in quo hæc tantum insculpta legere potuerit, reliquis verustate obliteratis:

שָׁאוּ קִנְיָהּ . בְּקוֹל מְרָח . לְשֵׁר גְּרוֹל . לְקָטוּ יָהּ  
לְאַמְצִיָּהּ

Existorum simili fine colligit, rhythmicum numerum in Versibus fuisse etiam tum usitatum, cum Israelitæ adhuc in terra sua degerent.

*Rhythmus*, ut scribit R. David Jechai, fit tribus modis: *primò* quando fines unâ literâ conveniunt: ut, אָבָד , בָּדָד , גָּלְעָד , נַחְמָד : Hujusmodi carmen vocatur שִׁיר עֵבֶר *Carmen transiens*, tolerabile, quod transire & ferri potest, etsi parum elegantia habeat, & authores raros. *Secundò*, quando duabus literis: ut, לְשָׁמֵר , לְגָמֵר , Hoc vocatur שִׁיר רִאֵוִי *Carmen conveniens*, aptum, dignum, estque omnium usitatissimum. *Tertiò*, quando tribus: ut, דְּבָרִים , גְּבָרִים , סִפְרִים : hoc dicitur שִׁיר מְשֻׁבָּח

*Carmen*

*Carmen laudabile*, etsi ob paucitatem talium vocum non ita frequens sit, aut si usurpatur, brevius est. Denique vitiosum habetur, literas similis pronuntiacionis in rhythmo usurpare: ut, סָפָה & צוֹקָה, aut מִצָּה & מִצָּה & quæ sunt similia. In vocalibus similibus id non tanto perè curatur: ut, תְּמוֹת , תְּכָרוֹת , quod tolerari possit, etsi melius sit abstinere à talibus.

*Hæc de Rhythmo: nunc de metri generibus.*

Ex pedum & rhythmorum varia dispositione, varia metri oriuntur genera. Innumeris enim penè modis illud fieri potest pro cuiusque arbitrio & libidine, modò semel instituta mensura in eodem semper continuetur.

Genera ejus summa duo sunt: פְּשוֹט *Simplex*, וּמְרַבֵּב & *Compositum*. Utrumque verò vel קְשׁוּר *Ligatum*, vel מְחֻלֵּק *Incisum*.

*Simplex*, quod ex meris syllabis longis, spondæis vel semispondeis constat. Quatuor spondei hîc frequentissimi sunt, & vocatur שִׁיר פְּשוֹט וּמְרַבֵּב *Carmen simplex & quadratum*. *Simplex*, quia tantùm syllabas longas habet: *Quadratum*, à quaterna dimensione, quasi *Tetrametrum* dicas. Binæ enim syllabæ semper conjunguntur, quas, ut dictum, שְׁתֵּי תְנוּעוֹת *duas motiones* sive syllabas vocant, neque unico vocabulo, ut Latini per Spondæum, eas hætenus nominare instituerunt. Hujus possunt plures esse species, quarum quasdam, quæ magis frequentes sunt, ponemus.

*Prima species est*, quando bini quique versus eodem rhythmo clauduntur: ut,

אֶתֵּן שְׂכָח גַּם תִּפְאַרְתִּי  
לְאֵל תִּכְנֶן רוּם בְּיָרֵת:

*Tribuum*

Tribuam laudem atq; gloriam,  
Deo, qui direxit sublimia palmo.

Hujus tamen pauca illustria exempla in integro  
Carmine extant.

Secunda, quando omnium omninò versuum finis  
idem est, & vocatur שיר חרוזי Carmen rhythmicum: ut,

|           |              |
|-----------|--------------|
| אשרה נא   | שיר נכבדות   |
| באר הטב   | ובלי חידות : |
| ואבאר ע   | שר הנקדות    |
| איך נחלקו | לשתי גדות :  |
| חמש מהן   | אנשי מדות    |
| חמש מהן   | בגמדות :     |

Cantabo nunc canticum rerum honorabilium,  
Explicando benè & absq; enigmate,  
Explicabo autem decem puncta,  
Quomodo divisa sunt in duas partes,  
Quinq; ex eis sunt viri magnæ mensuræ,  
Quinque ipsorum sunt sicut ipsi Pigmæi.

Sic totum est Eliæ Canticum secundum, elegans &  
artificiofum.

Tertia, quando secundum Hemistichium quodque,  
eodem semper rhythmo clauditur, in primo autem  
nulla planè rhythmî ratio habetur. Hoc vocatur שיר  
קשור Carmen colligatum, nempe secundo quoq; versu: ut,

|                       |
|-----------------------|
| אהיה קל כנשר וצבי     |
| גם עז כנמר או לבינה : |
| אשים פני בחלמיש       |
| לעשות כרצון אלי אבו : |

Ero levis sicut aquila & hinnulus,  
 Etiam robustus ut pardus aut leo,  
 Disponam faciem meam ut rupem durissimam,  
 Ut faciam secundum voluntatem Dei mei patris mei.

Hæc species rhythmum omnium usitatissima est, tam in simplici quàm composito genere, (ut postea videbitur) eaque & totum carmen Eliæ, libro Masoreth & Tisbi præfixum, compositum est. Talia quoque hæc sunt,

על כל קנין תקנה חכמה  
 על כל מעלה תבחר יגפלות:  
 תרחק מכל מדת רעה  
 ובראש כלן מן הכילות:

*Supra omnem possessionem acquire sapientiam,  
 Supra omnem dignitatem elige humilitatem:  
 Longè abesto ab omni proprietate mala,  
 Ante omnia verò à tenacitate.*

|             |            |
|-------------|------------|
| רודפי הבל   | שוכני תבל  |
| כל חייהם:   | לשווא עמלו |
| עד יום מותם | ובסכלותם   |
| עשו להם:    | גם צידה לא |

*Habitatores orbis, sectatores vanitatis,  
 Frustra laborant totâ vitâ suâ:  
 Et stultitiâ suâ usq; ad diem mortis suæ,  
 Etiam viaticum non comparant sibi.*

Quarta, quando rhythmum interfecantur, ut primo versui tertius, secundo quartus respondeat, & ita deinceps: ut,

|                     |                 |
|---------------------|-----------------|
| מְלוֹרָה לְאֵל      | חֹזֵן בְּדָיִים |
| עֵשֶׂר מוֹנִים :    | וְיִשְׁלַם לוֹ  |
| מִשְׁבִּיל אֶרְדָּל | לְכֵן אֲשֶׁרִי  |
| לְאֶבְיוֹנִים :     | פֹּדֵר נֶתַן    |

*Gratiōse-largiens tenuibus, mutuat DEO, Pro. 19. 17.*

*Qui reddet ipsi decem vicibus, id est, decuplum :*

*Ergo beatus qui attendit ad attenuatum, Ps. 41. 2.*

*Qui dispergit, dat egentibus, id est, liberaliter dat,*  
*Psal. 112. 9.*

*Quinta*, quando hemistichium quodque quatuor membris incisum est, quorum tria priora semper eodem rhythmō finiunt, quartum peculiarem rhythmum habet, in toto Carmine similem. Non semper tamen in incisīs Rhythmō opus est. Hoc vocatur *Carmen simplex & divisum*: ut,

|                  |                |
|------------------|----------------|
| מְלֵא אַמִּים    | צְדִיק תָּמִים |
| עַל לֹא פִשַׁע : | מֵאִישׁ רָמִים |
| רוֹב צְדָקָתוֹ   | תְּצִיל אוֹתוֹ |
| יִפּוֹל רָשָׁע : | וּבְרָשָׁעָתוֹ |

*Iustus integer, repletus est terroribus*

*A viro sanguinolento, sine sua iniquitate :*

*Liberabit ipsum multa iustitia sua.*

*At in improbitate sua, corruet improbus.*

Plures species formari possint, sed hæ usitatiores & elegantiores sunt.

*Compositum* carmen est, quod ex omnibus pedibus, jambo scilicet ac spondeo, molosso bacchiōque miscetur: estque triplex: *Tetrametrum*, *Pentametrum*, aut *Hexametrum*. *Trimetrum* enim per se nullum insigne est, ni-

est, nisi in Carmine *mechullak* seu inciso, ut videbitur unumquodque deinceps, in totidem & plures species in versis pedibus, subdividi potest, quod cujusque relinquitur arbitrio. In omnibus autem primum locum promiscuè habet vel Jâbus vel spondeus. Rhythmorum eadem dispositio hîc est, quæ in præcedenti genere.

*Tetrametrum* est, quod quatuor constat dimensionum locis.

*Prima* forma ex Spondeo, Jambo, Spondæo duplici: ut,

אֱלֹהִים מְלָכִים הָעֶשְׂרֵה  
 הַמְלָכִים בַּהֲבֵרָה:  
 חֲמֵשׁ מִשְׂרָתוֹת לְחֵמֶשׁ  
 קָטוֹן לְגָדוֹל בְּשׁוֹרָה:

*Illi sunt reges decem*

*Regnantes in syllaba:*

*Quinq; ministrant aliis quinque,*

*Minor majori, ut æquum est. Elias Cantic, 6.*

*Sic:*

קוּמָה אֱלֹהִים עֲזֵרְתָהּ  
 לִי וְעֲנֵה בְּצָרְתָהּ

*Surge Deus in auxilium*

*Mihi, & responde in angustia, Ab. Esra.*

*secunda, ex Jambo & spondeo alternatim positis: ut,*

אֲנִי אֱלֹהִים  
 בְּרַתִּיהֶם  
 שְׁלֹשׁ אֱלֹהִים  
 וּרְבִיעֵיהֶם:

לְמוֹשְׁבוֹתָם

לְמוֹשְׁבוֹתָם      מְקוֹמוֹתָם  
בְּאַחֶהָ הֵם :      וּתְחִנּוֹתָם

*Tria illa ego revelabo*

*Cum judiciis & legibus suis :*

*Locus ipsorum cum sede ipsorum,*

*Et mansione eorum in gutturalibus est: Elias Cant. 12.*

|                   |                    |
|-------------------|--------------------|
| וְחִי גְאֹלִי     | וְהוֹנֵה אֱלֹהֵי   |
| בְּעַת צָרָה :    | וְצוֹר חֲבָלֵי     |
| וּמְנוּסֵי        | וְהוֹנֵה נְפִישׁוֹ |
| בְּיוֹם אֶקְרָא : | מִנֵּת כּוֹסֵי     |
| פֶּקֶד רֹחִי      | בְּיַד אֱלֹהֵי     |
| וְאֶעֱרָה :       | בְּעַת אִישׁוֹן    |
| גִּיּוֹתֵי        | וְעַם רֹחִי        |
| וְלֹא אֶיֶרָא :   | יְהוָה אֱלֹהֵי     |

*Ipsē est Deus meus & vivus redemptor meus,*

*Et rupes fortis mea in tempore angustia,*

*Ipsē est vexillum meum & refugium meum,*

*Pars calicis mei, die quo ipsum invoco,*

*In manum ejus commendo spiritum meum,*

*Quando dormio & quando vigilo,*

*Et cum animo meo ac corpore meo,*

*DOMINUS meus est, ideoq. non timebo: Ex lib. precum.*

*Tertia, ex spondeo, & Jambo alternis: ut,*

מֵה לָךְ יְחִידָה תִּשְׁבִּי  
רוּמָם כְּמֶלֶךְ בְּשִׁבִי :

*Quid tibi sola sedes?*

*Silens ut rex in captivitate. Gebhirolis.*

625 DE PROSODIA METRICA.

*Pentametrum est, quod quinque dimensionum loca habet.*

*Prima forma, ex Jambo, spondeo gemino, Jambo, spondeo: ut,*

בַּעַת תְּהִיָּה בֵּין שְׁפוֹט צֶרֶק  
וְאֵל תֵּת דָּבָר מִשְׁפָּט חֶרֶל הַדּוֹל:  
שְׁנֵיהֶם שָׁמַע יַחַד וְלֹא תִשָּׂא  
פְּנֵי דָל וְלֹא תִהְרַר פְּנֵי גֵדוֹל:

*Quo tempore fueris iudex, judica justè,  
Et ne pervertas rem judicii: abstinendo abstine:*

*Duo hæc animadvertè simul: ne auferto*

*Faciem tenuis, neq; honorato faciem magnatis.*

R. Mosche Chabhibh. Tale quoque est

Eliaë Canticum 8. Sic,

בְּשֵׁם אֵל חַי הַגִּיּוֹן לְשׁוֹנֵנוּ  
בְּעוֹד רוּחַ חַיִּים בְּאַפְּנוּ:

*In nomine Dei vivi loquela lingua nostræ,*

*Dum adhuc est spiritus vitæ in naribus nostris, &c.*

Hoc metro est editus liber quidam, cui titulus סֵפֶר הַקֹּדֶשׁ *Siclus sanctitatis.*

Aben Esra hoc metrum intermedio rhythmo ordinavit: ut,

בְּרוּם גִּלְגַּל - יִסּוּב עָלַי מַעְגַּל  
שְׁמַךְ יִגַּל - אִיוֹם וְגַם נִדְבָּל:

*In elevatione spheræ, que vertitur in orbem,*

*Nomen tuum revelatur timendum & in signo.*

*Secunda ex spondeo, Jambo, spondeo, Jambo, spondeo: ut,*

R r



נפש אשר עלו שאזניה

אנה תשלח רעיוניה :

*Animus cujus ascenderunt perturbationes.*

*Quò mittet ratiocinationes suas? Gebhirolis.*

Hoc genere metri usus Elias Cantico 9. Item R. David Kimchi in principio sui Michlol, quod cum fortè, dum hæc materia prælum subire deberet, inspicerem, ita suâ suavitate arrisit, artificioque placuit, ut descriptum ac versum, dignum judicarem, quod huic tractationi infereretur.

השכל ורוע אשו נכחי

ולעלגי שפה אחו רוחי :

ויל בטל שיחי ואמרת

על גו כמטר גערוף לקחי :

אקרא בשם אל לעזור אותי

כי הוא לבר שכרי ומבטחי :

ידע לבבי כי בתום הולך

בוהן סעיפותי וכן טוחי :

לא לעשות לי שם אני כותב

ולהעלות זכרי וטוב שבחי :

אכן לישר נעוה לשון

ולנהלה שפה יהי מרחי :

וליודעים חן מענה אתן

גם לחכמים ארקחה רקחי :

ספרי יהי זכרי ואערהו

תמיד כטוטפת עלי מצחי :

בְּסִפֵּי זֶהְבִי הוּא וְטוֹב סְחָרִי

הוּא יִהְיֶה מְכָרִי וּמְקַחִי :

הוּא יִהְיֶה לְחַמִּי בְּעַת אֲרַעֵב

וְלָרִיב לְשׁוֹנֹת יִהְיֶה שְׁלָחִי :

הוּא יַעְרוֹץ שְׁלַחַן לְכָל רַעֵב

שְׁלַחַן לְשׁוֹן עֵבֶר וְכוּ יִהְיֶה :

וּלְשׁוֹאֲלִים לוֹ מִי יִלְדְּהוּ

יַעֲנֶה לְכָב רְדוּר בְּנֵי קַמְחִי :

*Intellectum & scientiam disponam coram me,  
Et balbutientibus sermone indicabo spiritum meum :  
Fluet ut ros eloquium meum, & sermo meus  
Super herbam sectam, sicut pluvia stillabit doctrina  
mea.*

*Invocabo nomen Dei, ut auxilio sit mihi,  
Nam ipse solus est spes mea & fiducia mea.  
Ipse novit cor meum, quod in integritate ambulem,  
Ipse probat cogitationes meas & intelligit prae cordia  
mea.*

*Non ut comparem mihi nomen, me scribere,  
Aut ut extollam memoriam mei aut magnam laudem  
meam.*

*Sed certè ut dirigam perversum linguâ,  
Et agrotanti labiis serviat emplastrum meum,  
Scientibus autem gratiam, responsum dabo,  
Etiam sapientibus condiam condituram meam.  
Liber meus erit memoriale mei, ipsum ornabo  
Fugiter, sicut ornamentum super frontem meam :  
Argentum meum & aurum meum ipse est, & optima  
merx mea,*

*Ipsē erit venditio mea & emptio mea :*

*Ipsē erit panis meus quo tempore esurio :*

*Di contentione linguarum ipse erit ensis meus.*

*Ipsē disponet mensam omni esurienti,*

*Mensam, inquam, lingue Hebræe, ut in ea vivat.*

*Si qui autem interrogent ipsum: Quis genuit ipsum?*

*Respondet: animus DAVIDIS filii KIMCHI.*

*Tertia, ex spondeo, Jambo, spondeo, Jambo, Mollo: ut,*

עַת שְׁעָרֵי רִצּוֹן לְהִפְתֹּחַ  
יוֹם בּוֹ אָחִי כָפִי לְאֵל שׁוֹמֵחַ

*Cum tempus est portas benevolentie aperiendi,  
Die eo ipso ero manus meas ad Deum expandens,  
Majemonis.*

קָרְחָא לְהַרְחִיב בְּנִשְׂרִים שְׂרִים  
חִוְשׁוֹ וְתַחַת שׁוֹר אֲמָרִים קָרִים :

*Calvitium dilatandum est instar aquilarum, ô cantores, Festinate, & pro cantico, dicta amara, &c. R. Josephi ben Jechajæ obitum cujusdam deflentis, in quo etiam species echûs observanda. Tale quoq; est Eliæ Canticum primum:*

אֲשֶׁא לְכַבִּי נָא אֱלֹי כָפִים  
אֶל-אֵל אֲשֶׁר חִטְרוֹ בְּהַשְׁמִים :

*Levabo cor meum nunc cum manibus,  
Ad Deum, cujus benignitas est in cælis.*

